13883.

RLSTT.

ARCHIVIO

COMUNE DI FOLIGNO

ARCHIVIO PRIORALE

SOTTOSEZIONE DI STATO

1 BIS

FOLIGNO

STATVTO
DEL
POPOLO
1349

1/BIS

B1
FOLIGNO

1350-1443

Statuto del popolo

Ir

I

II e

II V

De consilio congregando ad requisitionem potestatis et Confalonerii Iustitie Cap. 94
De licentia non danda alicui confinato — 95
De portanariis tenentibus claves portarum civitatis Fulginei — 96
De his qui fecerint rumorem contra presentem bonum statum civitatis Fulginei — 97
De his qui non servaverint confinia — 98
Quod camerarius communis Fulginei requirat de officialibus familiaribus et equis potestatis et capitanei — 99
De forma habenda per mactonarios — 100
De finibus executioni mandandis — 101
De superstitibus detentorum — 102
De inventis in taberna post tertium sonum campane — 103
De finibus non ferendis in bonis proditorum et rebellium communis Fulginei — 104
Quod bona rebellium et proditorum communi confiscentur — 105
Quod homines artis lanariorum non cogantur habere numerarium ad puntum — 106
De ~~rebellis~~ debitis satisfactis non petendis — 107
De manutenenda trasanna communis — 108
De satisfaciendo in debito granatis — 109
Quod notarius qui erit super viis teneatur facere actari conductum aque blanche — 110
Quod potestas et confalonerius sedare possint et componere discordias que orientur inter potestatem et capitaneum — 111
De his qui voluerint seu non potuerint in carceribus communis Fulginei civilis et criminalis contineri — 112
De coniunctis mortuorum — 113
De sponsalitiis et ordine servando in illis — 114
De dapnis datis per aliquos exbanditos — 115
De mutuantibus in civitate Fulginei ad usuras — 116
De recursu faciendo ad capitaneum ~~de tormentis et tenere tormenta~~ — 117
De his qui appellaverint et succubuerint in appellatione — 118
De electione sindici ad sindicandum potestatem et capitaneum — 119
Capitulum de piccicarolis — 120

sindici potestatis piccicaroli

De testamentis mulierum — 121.
De forma butini ac forum quam olim fieri fecit [illegible] — 122
De domibus non dandis potestati nec capitaneo — 123
De litteris sigillandis — 124
De tenutis et pignoribus habitis et possessis per aliquem certo tempore — 125
De inquisitione armorum faciend(a) et de non eundo post potestatem seu capitaneum — 126
De his qui dixerint se granatos — 127
Quod mercatores pannorum veterum possint habere tenas ante eorum apothecas — 128
De reronatione castri Vechiani [?] — 129
De pedagio statera et mesuris communis vendendis — 130
De flaminea et forma paludis communis conservandis — 131
De electione capitanei populi faciend(a) — 132
De depositis faciend(is) ante [?] — 133
De non intrando vel exeundo per civitatem Fulginei aliunde quam per portas — 134
De loco assignando pleminibus [?] criminibus — 135
Quod nullus acceptet aliquod officium extra civitatem Fulginei et districtum sine licentia ... populi — 136
De denuntiatoribus assize et messariis faciendis — 137
Quod hii qui sunt de ordine priorum et sequi debent confalonerium possint arma portare — 138
Quod quilibet teneatur obedire mandatis dominorum priorum civitatis et populi Fulginei — 139
Quod omnia ordinamenta facta de consensu priorum valeant — 140
De alienationibus factis in fraudem communis — 141
De vitio sodomitico extirpando — 142
Quod quilibet qui est scriptus in libro communis Fulginei teneatur solvere datia et collectas — 143
Capitulum de macellariis — 144
De aptatione et conservatione conductus aque Blanche — 145
De relictis factis per aliquem in suo testamento — 146

marcellarii

Lanaioli — De merchatoribus pannorum lane et tinta orguati non faciendo in-/intros veteres civitatis Fulginei — 147
Quod duo fratres carnales pater et filius non possint esse de eodem consilio — 148
De turpitudini non proiciendo in platea episcopatus Fulginei — 149
Quod nullus forensis qui fuit in officio in civitate Fulginei possit reassumi vel reeligi a quatuor annis citra — 150
De prelio non faciendo — 151
De elimosina danda hospitali sancti Johannis yerosolomitani quod est prope porta(m) ystanghe — 152
De platea nova mattonanda una cum logia ibidem constructa — 153
Tabernarii — Capitulum de tabernariis — 154 +
De suprastantibus eligendis super terminatione et directura aliquorum flum-/tuprum — 155
Baiuli — Quod baiuli clare faciant citationes — 156
De commictentibus malleficia et nolentibus in curia comunis Fulginei guerirj — 157
De ponte Cinctisinorum actando — 158
De via facienda a ponte Cinctisinorum in ferum Christi civitatis Fulginei — 159
De elimosina danda et expendenda pro opere ecclesie beati Augustini — 160
Oleum — De oleo non extrahendo ex civitate Fulginei — 161
De bonis rebellium et proditorum comunis Fulginei — 162
De castro Civitelle costruhendo — 163 ÷
De cavallata pro comuni Fulginei imponenda — 164
Baiuli — De his qui baiuli esse non possint — 165
Quod tempore pulsationis prime campane magne comunis ad laudes quilibet teneatur et debeat dicere pater noster — 166
De his qui contra porcos iniuriam irrogaverint — 167
De his qui iniuriam dixerint alicui cotionatori — 168
Blanium — Quod potestas et capitaneus in eorum adventu deferant blanium offerendum ad ecclesiam beati Felitiani — 169
De camerario eligendo et eius notario — 170
Camerarii eius notarii

De expensis fiendis per cam[erarium] co[mun]is fulg[inei] — 171
Quod cam[erarius] co[mun]is fulg[inei] teneat archa[m] reparatam et conservatam bonorum d[ict]i co[mun]is — 172
De ratione reddenda per cam[erarium] co[mun]is fulg[inei] — 173
De his qui extraxerint seu dilaniaverint acta seu scripturas de libris cur[ie] co[mun]is fulg[inei] — 174
De condepnationibus exigendis per pot[estatem] fulg[inei] — 175
Quod capitan[eus] possit cognoscere de malleficiis que committerent[ur] in sua presentia — 176
Quod nec potestas nec capitan[eus] civitatis fulg[inei] valeant facere partem de aliqua condepnatione — 177
De exbanditis capiendis — 178
Quod quilibet possit in via accusare quot voluerit accusare — 179
Quod nullus uxoratus audeat allegare privilegium clericatus — 180
De apodissis scribendis super solutionibus quarumcumque quantitatum per notarios priorum — 181
Capitulum contra correctores officialium — 182
Capitulum de dapnificatis — 183
De mulieribus male fame non morandis in muro veteri civitatis fulg[inei] — 184
De terris in emphyteosim datis — 185
De via facienda inter motorotia carbonariarum civitatis fulg[inei] — 186
De his qui vendiderint aliquam rem alicui et promiserit defensionem dare — 187
Capitulum Confalonerii Justitie co[mun]is et populi civitatis fulg[inei] — 188
De his qui pro aliquo fideiusserint in curia co[mun]is fulg[inei] — 189
Quod cam[erarius] co[mun]is fulg[inei] possit petere restitutionem quantitatis pro eo promissam — 190
De via facienda inter carbonarias veteris civitatis fulg[inei] — 191
De motorotiis carbonariarum retinendis — 192
De muriminibus civitatis fulginei — 193
De hostiis et fenestris stantibus in muris civitatis fulg[inei] — 194
De elimosina danda mon[asterio] s[an]c[t]e lucie de pugillis — 195
Capitulum de scortacchiariis — 196
Quod [illegible] certi soldorum et abinde infra [illegible] ut [illegible] iudicem — 197

S. P.

Ut homines villarum Armalupi Cupirii et Cassiti vadant ad habitandum ad castrum Cintelle — 198
De aptatione fluminis Tupini ne offendat in stratam Bertognie — 199
De ambaxiatoribus dandis et trasmictendis pro parte communis Fulginei ad locum quemcumque ad petitionem civium nostrorum — 200
Ut Perusini tractentur ut cives — 201
De carbone non extrahendo — 202
De mulieribus male fame expellendis — 203
De preceptis guarentigie — 204
De his qui fiunt granati tempore Corradi Anestasii ex aliqua deputatione — 205
De volentibus adaquare terras sitas iuxta Flamineam — 206
Quedam additio facta capitulo de Stortachiariis — 207
Ut nec potestas nec capitaneus possint se absentare a civitate Fulginei sine licentia consilii populi civitatis Fulginei — 208
De via qua itur in Pugillis non impedienda — 209
De fonte construendo in Rigo Vallis — 210
Ut possessiones communis Fulginei locari non possint nisi tantum pro uno anno — 211
Quedam additio facta capitulo de fonte construendo in Rigo Vallis — 212
Capitulum contra rebelles — 213
De his qui fecerint aliquam conventiculam contra presentem bonum statum civitatis Fulginei — 214
De his qui aliquid tractaverint per quod aliquis rebellis reintret civitatem Fulginei — 215
Contra rebelles — 216
Capitulum contra rebelles — 217
De represaliis tollendis — Represalie — 218
De magistris pannorum lane habendis in civitate Fulginei — 219
De committentibus malleficia et nolentibus ire in communis Fulginei guerris — 220
De non extrahendo aliquem ex iurisdictione communis Fulginei — 221
Ut exbanditi et condempnati communis Fulginei possint impune offendi — 222
Ut nullus permictat facere custodiam nisi per unam personam — 223
De his qui opposuerint aliquam exceptionem excommunicationis ut debitum non solvant — 224
De assidibus vendendis in platea veteri communis — 225

Qualiter locari debeant possessiones cois — 226
De electione notarii sup dapnis datis — 227
De puteo seu cisterna facienda i villa Ughi — 228
De his qui ee debent d' consilio ppli — 229
Qd potas suis expensis habeat cartas & alia necessaria — 230
De electione pozorum ppli et eorum officio — 231
Qd dns Epus fulg familiares et clerici beneficiati habeant et tractentur ut cives — 232
Qd dno Epo fulg et ipius sindico fiat iustitie complemente — 233
Qd potas et alii officiales civitatis fulg exibeant brachium seculare dno Epo fulginat — 235 4
Qualiter pecuniam civitatis fulg pcam expenditur — 236 5
De pactis observand' p magistris lignaminis & lapidum — 237 6
De prestantiis i ponend' — 238 7
De rebus litigiosis no emendis — 239 8
De pedagio no exigendo p aliqua pam i aliqua iurisdictione cois fulg nisi illud exigeretur p coi pco — 240 39
De adiutorio exibendo i ope maioris ecc. fulg — 240
Qd campanario turris ppli fulg fiat et det una tunica valoris duorum florenorum — 242 1
De tabernis no tenend' i villa Flamignani et de no ludendo i pa ville neque i villa sci Eraclii ad ludum taxillorum — 243 2
De elimosina danda p cam cois fulg p pauperibus verecund' de fulgineo — 244 3
De lignis no incidend' n' tpalibus cogreniis — 245 4
De turpitudine no tenenda i casalenis domorum olim eorum Anestaxii — 246 5
De elimosina dand' p cois fulg i ope mon. sce Caterine de monte sinei — 247 6
De adiutorio faciendo i ope ecc. loci fratrum sci Iacobi ab aqua ordinis fratrum sce marie — 248 7
De adiutorio faciendo i ope ecc. fratrum loci sci Dominici d' fulg — 249 8
Qd mulier ante ingressum faciend' p eam p monialibus aliquid mon. possit donationem face de bonis suis patri aut matri ipius et aliis quibus sibi placuit — 249

De detentis in carceribus comunis Fulginei non liberandis in die veneris sancti in forma in scripta fnata — 250

Quod carbonarie nove et veteres remundentur — 251

De electione et officio notariorum deputandorum super libris extimi et non computorum et actorum comunis Fulginei — 252

Quedam additio facta capitulo posito sub rubrica de electione potestatis et eorum officio — 253

Quod potestas et capitaneus habeant partem de pecunia quam facient devenire in comune ab aliis qui facerent contra formam statuti loquentis de sponsalitiis et ornamentis mulierum — 254

De battemaglis et mattis non fiendis ultra pretium decem solidorum — 255

Quod accipientes tercos in vigilia festi beati Feliciani et non solventes in mense [illegible] teneantur pignorentur et graventur — 256

Quod retentio possessionis per laboratorem non preiudicet emptori ipsius si per ipsa solvit datia et collectas — 257

Quod in fossato renarii bestie non scorticentur — 258

Quod mercatores de Fulginio possint extrahere eorum mercantias de civitate Fulginei in mense sine solutione gabelle — 259

Capitulum de salenariis — 260

Quod comitatenses aliquibus officialibus comunis Fulginei ligna et stramina deferre nullatenus teneantur — 261

De blanio offerendo ad altare ecclesie sancti Feliciani de monasterio per potestatem populi et confalonerium iustitie civitatis Fulginei octavo die festi beati Feliciani — 262

Capitulum factum super declaratione statutorum comunis et populi loquentium de compromissis fieri debendis — 263

Compromissa

No. de hys que pnt ipunne offendi sin statuta etc. et quo

Et primo i statuto com. inmendiazione li. 2. R 32

Item eodē libro q̄ d spinatur a xx. Et c ̄ R 53

Item eod libro de geidante p pti gabella — R 67

S. Populi.

Approbatio ~~statutorum~~ capitulorum prime partis statutorum communis Fulginei. Rubrica .I.

1 In primis quidem nos statutarii presentis statuti populi condentes et reformantes firma-
mus capitula et ordinamenta scripta et apposita in principio prime partis statuti communis Fulginei
primum videlicet positum sub rubrica de ecclesiis et piis locis civitatis et comitatus Fulginei manute-
nendis et conservandis. Secundum sub rubrica de penis dicentium et tenentium contra statum fidem christianam.
Tertium sub rubrica de penis iurantium corpus vel sanguinem dei gloriose virginis Marie
matris eius vel alicuius sanctorum vel sanctarum dei. Quartum sub rubrica de penis male dicentium
deum patrem omnipotentem gloriosam virginem Mariam eius matrem vel aliud de interioribus
corporum. Quintum de pena blasfemantium summum pontificem et collegium cardinalium.
Nec non alia capitula et ordinamenta tractantia in similibus casibus. Et ordinamus
et dicimus capitula et ordinamenta ipsa esse descripta in eis servatura in omnibus et per omnia prout
iacent ac si scripta et apposita essent seriatim in presenti statuto populi. // Item ad tollendam
omnem malitiam denuptiatorum illorum qui in contentis in dicto tertio capitulo statuti communis sub
rubrica de penis iurantium corpus vel sanguinem dei gloriose virginis Marie matris eius
vel alicuius sanctorum vel sanctarum dei per totum facerent vel venirent. Dicimus et ordinamus et
volumus inviolabiliter observari quod quilibet eo die quo officiales potestatis Fulginei qui pro tempore
fuerint ibunt ad aperiendum cassectas in quibus reponuntur nomina facientium vel dicentium contra
contenta in dicto tertio capitulo statuti communis scripta in cedulis in ipsis cassectis immissis aut immic-
tendis cancellarius communis Fulginei seu eius notarius qui pro tempore fuerit vinculo iuramenti teneatur et debe-
at accedere una cum dictis officialibus ad aperiendum ipsas cassectas et ipsis cassectis apertis
diligenter videre et rimari omnes et singulas cedulas in ipsis repertas et in quodam libro
seu quaterno per se scripto scribere omnia et singula nomina et prenomina in ipsis cedulis appo-
sita et descripta quem quidem librum seu quaternum continue retineant penes eos
sine cancellarius sine notario eiusdem presentia et custodie dicte cassecte vel aliqua ipsarum possint nul-
latenus aperiri. Teneatur et et debeat dictus cancellarius protestari eisdem officialibus ipsis cassec-
tis aut aliqua ipsarum apertis et ibidem stantibus et adventientibus quatenus executionem faciant et fa-
cere debeant contra quoscumque delinquentes in predictis vel aliquo predictorum et penas et ban-
na denuntiari facere in communi predicto. Et si dicti officiales dictam executionem non facerent seu in ipsam
faciendo negligentes fuerint vel remissi, quod dictus cancellarius sacramento teneatur tantum retinere
de salario ipsius domini potestatis quantum capit summa pene illorum contra quos ipsa executio fieri
debuisset et ipsum retentum pro communi Fulginei conservare. Dum in ipsis cedulis et qualibet ipsarum
immictendis et incidendis semper scribi debeat et manifeste apparere unus testis ydone-
us qui probet si expediet contenta in cedula in qua ipse reperiretur scriptus summarie esse
vera. Et et debeat in ipsis cedulis et qualibet ipsarum scribi una cum dicto uno teste locus
in quo et quo die fuerint ea que in ipsis cedulis aut aliqua ipsarum continentur. Et si ipse
cedule aut aliqua ipsarum aliter fierent quam in predicto et in ipsis cassectis aut aliqua
ipsarum reperiretur quod contra denuntiatos et in ipsis cedulis vel cedula descriptos procedi non
possit et ad solvendum penam nullatenus teneantur. Et ipse cedule et quelibet ipsarum
aliter quam cum uno teste ydoneo loco et die scripte reperiretur aut presentis capituli
sint ipso iure nulle et nullius valoris.

Quando statuta populi renoventur. Rubrica .II.

1 Item dicimus et ordinamus quod priores populi civitatis Fulginei qui pro tempore fue-
rint cum presentia Confalonerii iustitie eiusdem populi de mense Octubris faciant
congregari consilium populi et rectorum artium civitatis Fulginei. In quo consilio dicti 18
priores cum presentia dicti confalonerii proponant quomodo et qualiter et qua forma re-
noventur statuta populi dicte civitatis pro anno futuro incipiendo in festo beati Feliciani
proximo subsequendo et per quos et quot statutarios fiant dicta statuta et quomodo et qua
forma. Et per quos eligatur bonus homo qui supersit renovationi ipsius statuti.

Comune di Foligno Biblioteca

et statutary qui faciat et renovet ipm statutm et dni boni et legalis notarii q perscribat dcm statutum et et officia archa ea occurrentia et alteri no cmictat
Qui statutary sic positi et electi ac et nominati sup renovatione dci statuti plena
et liberam potestatem habeant et iurisdictionem inviolabilem condepni leges et renovandi dcm statutum ppli p se vel alios quibus ipsi vel maior ps ipsorum dixerint
cmictendum et archa omnia et in omnibus ptinentibus ad ordinationem officiorum dce civitatis.
Et confaloneriis iustitie semp sit et ee debeat de statutariis supdcis per dcm consilium eligendis. Et archa omnia et in omnibus ptinentibus ad bonum pacificum et tranquillum statum cois et ppli dce civitatis fulginei. Et possint omnia et singula pertinentia ad custodiam dce civitatis statuere et ordinare ut possit tota arengha civitatis fulginei sic et quem eis vel maiori parti ipsorum vel illis quibus cmissum fuerit
videbitur convenire. Cum electione modo quo supra faciende potestas vel capitaneus
vel officiales ipsorum non possint nec debeant interesse. Et si contra fecerit in centum
libr den condepnetur coi fulginei applicandi. Et dci notarii et statutarii sint et esse debeant de civitate fulginei prout placuerit consilio supradco. Et notarius qui in fuit correctioni et renovationi presentis statuti et ipsum statutum scripserit habeat de pecunia dci cois
et abeventiam decem libr den. Qui notarius scripto ipo statuto teneat una cum
novo statuto readsignare prioribus ppli ...

De additione siqua esset in statuta ppli et statuta cois — Rubrica .iii.

1 Item statuimus et ordinamus q si aliqua contradictio seu diversitas repiretur
vel esset in statutum ppli et statutum cois civitatis fulginei sine archa in portionem
penarum sive in alia parte quacumque q in omnibus et singulis ipsis contradictionibus seu diversitatibus
et in alia parte quacumque observetur statutm ppli non obstante statuto cois. Et semp
statutm ppli prevaleat statuto cois. Et quilibet officialis dce civitatis teneat pdca
observare pena et banno .C. libr den. qua contra faciens p sindicum dci cois ipi coi
debeat condepnari. Item q potestas et capitaneus eorumque iudices et priores ppli
civitatis fulginei et ceteri officiales dcorum potestatis et cap teneantur et debeant vinculo
iuramenti observare et observari facere omnia et singula capitula contenta in presenti statuto prout scripta sunt et iacent in ipo statuto sine diminutione aliqua. Et si contra fecerint vel ea facere
omiserint in aliquo potestas et capitaneus et quilibet ipsorum qui contra fecerit in mille libr
den de suo salario et pecunia coi fulginei p sindicum seu rationatorem dci cois
debeat condepnari. Et tam diu teneatur constrictus in civitate fulginei quousque solverit integre condepnationem pdcam. Iudex vero et notarius alii quicumque officiales ipsorum qui contra fecerint in aliquo pdcorum in pdcis penis et bannis debeant coi fulginei condepnari. Et si
pdcam condepnationem solvere non poterint toto tempore vite ipsorum in carcere cois fulginei
teneantur. Et si priores ppli dce civitatis pdca non fecerint observare in
centum libr den coi fulginei debeant condepnari. Et de pdcis non possit peti
absolutio in consilio vel arengha durante eorum officio. Et si fieret non
valeat nec teneat nec habeat roboris firmitatem.

Pena offitialium non observantium hoc statutum in alio prout iacet in statuto 14

De terris et possessionibus ac rebus molendinorum cois reinveniendis — Rubrica .iiii.

Item dicimus et ordinamus q quicumque tenet et possidet de terris et possessionibus ac rebus molendinorum cois fulginei et iuribus et ptinentiis ad ipsa molendina teneatur et debeat incontinenti pdca restituere dco coi et molendinis pdcis pena et banno centum
libr den et pluris et paucioris arbitrio potestatis et capitanei dce civitatis auferendi. Et dci potestas et capitaneus teneantur et debeant vinculo iuramenti et C. libr den
de eorum salario ad petitionem cuiuscumque petentis pdca omnia et singula executioni mandare et

recuperare et recuperata tenere ad utilitatem dicti comunis et patronorum molendinorum. Et nul-
la persona possit impedimentum a sirone gagiolis usque ad turrim flaminei alicui deferenti
bladum ad molendina dicti comunis. Et si quis contra fecerit solvat nomine banni in se qualibet dicto
comuni fulginei xl. sol. den. pro usi novorum quibus pro potestatem vel capitaneum. Et conductores molendi-
norum comunis predicti et quilibet ipsorum possint et eis sit licitum quamlibet personam contra facientem in presta-
tione impedimenti predicti accusare seu denumptiare et stetur et credatur sacramento dictorum con-
ductorum vel alterius eorum qui accusaret vel denumptiaret modo quo supra. Item quod vie appre-
hense per quas consuetum erat ire ad molendina nova dicti comunis aperiantur et expromorentur
et in pristinum statum reducantur ita quod quilibet possit comode ire per dictas vias ad dicta molendi-
na cum bestiis et salmis. Et capitaneus populi civitatis fulginei predicta fieri facere teneatur infra viii. dies in
principio sui regiminis et si negligens fuerit in xxv. libr. den. per sindicatum dicti comunis comuni ful-
ginei debeat condempnari.

Quod artifices habeant iusta pondera — Ra. v.

Item dicimus et ordinamus quod quecumque persona voluerit vendere vel emere aliquid ad ponderis
debeat vendere et emere cum belanciis et marchis adiustatis ad marcam de luc-
ca et directis sigillatis ad sigillum comunis fulginei. Et quicumque fuerit inventus emere vel ven-
dere aut ponderare aliter quam cum marcho adiustato ad marcham vel cum belanciis iustis et
sigillatis sigillo dicti comunis fulginei ut dictum est solvat nomine banni comuni predicto x. libr. den. pro vice.
Et quilibet teneatur ipsas belancias altas a bancha tenere per unum palmum vel plus et fusticulum
ipsarum belanciarum semper sit plenum et non vacuum. // Item quod capitaneus dicte civitatis tene-
atur et debeat in principio sui regiminis infra xv. dies iurare facere omnes consules singula-
rium artium que vendunt aut emunt ad pondus de adiustando eorum belancias et mar-
cos suarum artium omni mense. Et de inquirendo et denumptiando ipsi capitaneo et sic curent omnes
et singulos de arte sua facientes contra formam presentis capituli sive statuti. Et predicta dictus capi-
taneus teneatur et debeat per eius factum observare et si negligens fuerit in predictis in L. libr. den. comuni
fulginei condempnetur ipsi comuni de suo salario applicandorum. // Item quod quilibet persona possit habere stateram
cum dicto marco lucano adiustatam et sigillatam sigillo comunis fulginei et cum ipsa vendere
et emere possit. Et consules singularum artium revideant et adiustent eas omni mense.
Et predictos denumptient omni mense omnes de dicta arte ipsorum facientes contra formam presentis capituli.
// Item quod capitaneus dicte civitatis teneatur infra mensem a principio sui regiminis vinculo iuramenti
et pena xxv. libr. den. comuni fulginei applicandorum et debeat ponere tres bonos homines maiores
qui faciant adiustari et sigillari pondera dicti comunis scilicet marcos et stateras. Et quicumque
inventus fuerit contra facere predictus capitaneus in x. libr. den. comuni fulginei condempnetur. Et camerarius comunis fulginei
expensis ipsius comunis fieri faciat unum sigillum cum quo predicte bilancie et marchi debeant sigil-
lari. // Item quod omnes ementes et vendentes in civitate fulginei zaffaramen teneantur et debeant
ipsum zaffaramen ponderare et ponderari facere ita et taliter quod belancie cum quibus ipsum zaffa-
ramen ponderatur stent in puncto honorate a qualibet parte ipsarum belanciarum duodecim libr.
cum dicta et exeant de ipso puncto pro una uncia alias ipse belancie nullatenus sigillentur
nec pro iustis habeantur de quo quidem puncto tempore ponderationis predicte non exeant pena x. libr.
den. Et predicta capitaneus populi infra xv. dies in principio sui regiminis teneatur in mense bandiri facere
ut homines sciant. // Item quod nullus de dicta civitate vel districtu audeat vel presumat
pesare vel pesari facere in dicta civitate fulginei zaffaramen nisi cum belanciis adiustatis
et sigillatis modo quo supra describitur. Et qui contra fecerit solvat comuni fulginei pro qualibet vice x.
libr. den. in quibus dictum comune per capitaneum eiusdem populi debeat condempnari. Et cuilibet sit licitum
contra facientem accusare et habeat medietatem banni et nomen accusatoris teneatur secretum. Et
si capitaneus fuerit negligens in predictis condempnetur per sindicum dicti comunis ipsi comuni in L. libr. den.
de suo salario // Item quod nullus de civitate fulginei vel districtu cuiuscumque

adrectionis existat audeat vel presumat tollere vel tolli facere ab aliquibus p. civitatis
fulginei vel districtu aliquam gabellam nec aliquam quantitatem pecunie occasione vel pretestu
alicuius venditoris mercantie vel alicuius generis mercantie vel per traginum possit ad ex-
torsionem alicuius pecunie et si contra fecerit tam solvens quam accipiens gabellam vel
aliam quamcumque quantitatem pecunie ut supra dictum est quilibet ipsorum in xxv. libr. den. pro
vice qualibet communi fulginei per capitaneum supradictum debeat condepnari. Et cuilibet sit li-
citum contra facientes accusare et habeat medietatem banni. Et nomen accusatoris
teneatur secretum. Et si capitaneus fuerit negligens in predictis in l. libr. den. pro
sindicatum communis fulginei dicto communi condepnetur. // Item quod quilibet mercator et alia persona
quecumque emens vel vendens zaffaramen vel pahio ponderans debeat ipsum zaf-
faramen bene et legaliter ponderare cum belanciis marcho lucrino adiustatis modo quo supra et sigillatis sigillo communis fulginei ita tamen quod dicte belancie stent al-
te abancha uno semusse ad manum iusti hominis ad minus. Et liceat tali ponderatori
tenere et sorgere belancias ipsas donec conducantur ad punta et ibi debeant ipsas di-
mictere et plus non sustinere ita quod non appareat ponderis venditori seu emptori
et aliis abstantibus. Et teneatur talis ponderans adequare zaffaramen ad pon-
dus et pondus ad zaffaramen ita quod belancie habeant competentem tractum adhoc ut vi-
dens sit contentus. Et dictus talis emens dictum zaffaramen non debeat ipsum zaffa-
ramen immiscere cum aliquo alio zaffaramine usque quo venditor ipsius zaffaram
vocaverit se bene contentum de pondere ipsius zaffaraminis sub pena x. libr. den. in quibus contra
faciens per capitaneum populi dicte civitatis debeat condepnari. Et predicta idem capitaneus
faciat publice bannire ut homines sciant. Si non venditor ipsius zaffaraminis non esset
contentus de pondere facto per emptorem liceat venditori eligere unum bonum et legalem mer
catorem quem voluerit ad quem emptor debeat accedere una cum venditore qui electus predicto
rem debeat ipsum zaffaramen ponderare bene et legaliter pro utraque parte. Et ad pondus quod ipse fecerit
debeat esse contentus emptor et venditor. Et qui contra fecerit in predictis seu aliquo predictorum in decem
libr. den. per capitaneum populi fulginei communi predicto debeat condapnari. Et Cap. supradictus tene-
atur facere inquisitionem de predictis. Et repertos culpabiles punire et condapnare ut supra
est scriptum.

De inquisitione facienda contra baracterios et prodigos — Rca lij.

Item statuimus et ordinamus quod potestas et capitaneus civitatis fulginei et eorum iudices teneantur
sacramento precise inquisitionem facere per sex bonos homines de terzeriis contratis per quolibet terzerio de omnibus ta-
bernariis et baracteriis ac luxoribus et prestantibus ad ludum taxillorum et cuilibet alterius
baractarie et tenentibus ad baractariam et depredis et male facientibus fructus sua. Dummodo
contra eosdem non possit procedi per aliquos officiales civitatis fulginei per modum denumptationis vel inquisitionis
nisi prenius habita plena et sufficienti probatione et plena et sufficiens probatio habeatur si per
duos testes fidedignos ad minus de eorum consistet quorum dictorum testium dicta et attestationes apparere-
ant et apparere debeant scripta per notarium vel officialem potestatis vel capitanei supradicti in libris et
actis communis fulginei. Et male facientes fructus sua habeant et intelligantur illi quorum denumptiati erunt
per duos consanguineos eisdem attinentes usque in tertium gradum consanguinitatis seu maior coram
officialibus supradictis vel aliquo ipsorum constituto. Et de hiis quibus bona sunt interdicta quorum nomina officiales
predicti aut alter ipsorum in quodam libro per se suprascripto faciant scribi et registrari diligenter consumi
Et si aliquis obligaverit se alicui lusori tabernario vel baracterio vel tenenti baractari-
am de predictis taliter scriptis et registratis talis obligatio vel qui non valeat contra teneat ipso iure.
Et si instrumentum in tali obligatione intervenerit potestas et Cap. possint teneantur et debeant eorum
officio facere tolli et destrui dictas obligationes et absolutionem et quietationem facere fieri sine solutione
aliqua. Et cogere quemlibet lusorem tabernarium aut tenentem baractariam qui dictas promissiones
aut obligationes receperit ab aliquo ex supradictis scriptis et registratis dicto tali obligato vel

78

6v

alti pro eo Et hoc si ipsa obligatio vel qui franc non fuit cum auctoritate sui curatoris et si non haberet cu
ratorem sufficiat licentia seu auctoritas potestatis et duorum consanguineorum quod attineant obligato
in tertio gradu Et si aliquis contraxerit in pactis aliter quam supradictum est in x libris denariorum pisanorum communi fulg
condempnetur Et si quis post bannimentum factum publice quod nullus contrahat cum aliquo malefaciente fra
tria barateria vel prodigo contraxerit talis contractus non valeat nec teneat ipso iure non obstante
si in dicto bannimento non fuit iuris substantia observata sed solum dictum bannimentum habeatur
ac si esset omnis ordo iuris et substantia observata precepto et guarentigia non obstante in capitulo quod
loquitur de guar. Et potestas et capitaneus et eorum iudices teneantur et debeant inquirere de predictis in
mense in principio eorum regiminis. Et si quos contraxisse per eorum inquisitionem predictam invenient fore fecos
cum predictis aliter quam supra dictum sit scriptura non valeant et preceptum guar non nocent sibi locum. Et si dicti
potestas et capitaneus impediti fuerint negligentes ea que non observaverint in effectu in C libr. den.
com. fulg. condempnetur Item si potestas vel cap. vel aliquis officialis in eorum proprie deret [illegible]
tabernarios lusores vel prestantes ad ludum taxillorum et cuiuslibet alterius baratarie et tenentes ad
barattariam aliter quam ut describitur processus et sententia de secuta non valeat auctoritate presentis
capituli [illegible] in fragranti crimine.

De notariis in presentia contrahentium legant scriptum contractum   Rubrica

Item dicimus et ordinamus quod omnes et singuli notarii de civitate fulg. teneantur et debeant omnes ro
gationes et scripturas seu protocolla quas et quae fecerit seu scripserunt in domo eorum tenere
et conservare et non dare alicui ad conservandum. Et capitaneus populi dicte civitatis teneatur et debeat
predicta banniri facere publice in xv dies a principio sui regiminis. Item quod potestas et capitaneus mittere teneantur
antur operam efficacem quod rogationes et protocolla notariorum mortuorum et in posterum morientium
deponantur et deponi debeant apud quendam bonum et legalem notarium de civitate fulg. sic
placuit heredibus notarii mortui et non apud aliquem aliam personam. Et hoc ad petitionem cuiuscumque petentis
nomine cui teneatur secreti in xv dies postquam petitum fuit. Item quod quilibet notarius qui in
civitate fulg. vel districtu celebraverit aliquem contractum teneatur et debeat tempore ipsius celebrationis
et ipsa celebratione in scriptis legere et divulgare coram contrahentibus et testibus inter quos rogata quibus
taliter contractus celebraretur scriptum dicti contractus. Teneatur et notarius supradictus quemlibet contractum seu proto
collum de quo scribere rogatus fuit scribere et ponere in libro suorum protocollorum et contractuum bene et le
galiter et seriatim cum capitulis tali contractui necessariis in xv dies a die celebrati contractus computandis. Et
si quis notarius predicta aut aliquod predictorum facere obmisit aut in aliquo predictorum contra fecerit in x libr.
den. pis. incurrat quilibet per capitaneum populi dicte civitatis com. fulg. debeat condempnari. Cum capitaneus quolibet
mense inquisitionem facere teneatur contra delinquentes in dicto iure. Item dicimus quod cuilibet notario
de civitate fulg. et districtu sit licitum penes quem remansit seu remanserint aliqui contractus
seu rogationes redigere et scribere in publicam formam ad petitionem cuiuslibet persone ad quam talis contractus seu roga
tio pertinet. Et in contractibus dicti contractus vel rogationes extensi non essent possit et debeat dictus notarius exte
dere et ordinare cum capitulis necessariis prout solitus erat scribere et ordinare notarius mortuus vel
absens a civitate fulg. cuius fuissent dicti contractus seu rogationes in talibus contractibus vel rogationibus vel simi
libus et talibus contractibus extensis et ordinatis in publicam formam redigere ita tamen quod ob talem extensionem
et ordinationem que fiet per dictum notarium penes quem essent rogationes et contractus predicti de ipsis contractibus
et rogationibus factis substantia non mutetur.

De ordine servando in petitis faciendis in consilio   Rubrica

Item dicimus et ordinamus quod in presenti statuto firmamus quod per com. fulg. sint in ipsius communis camera
rium fiant due bone bussole una picta colore rubeo et alia colore albo una quarum
noteet de sic et alia de non prout consistoris dictus videbitur convenire. Et potestas capitaneus priores populi
et quilibet alius officialis qui mittet seu faciet aliquod petitum in aliquo consilio super refor
matione cuiuscumque rei petitum ipsum mittere debeat ista forma videlicet quod auditis dictis con
siliorum consulentium in tali consilio priores et confalonerius populi dicte civitatis sumat unum
quod volent ex illis dictis et illud mittant ad petitum ad bussulas et pallucteas dicen
tes quod quicumque ex consiliariis ipsius consilii et sibi placet dictum talis consultoris suam mit
tat palluctam in talem bussulam de sic. Et cuicumque vult et sibi placet aliud seu contrarium
suam mittat palluctam in talem bussulam de non. Que quidem pallucte sint plumbee

et den. vj. cuilibet conestabulario sua palluctam et preconibus et banditores dicti comunis portet ipse bussule et cum ipsis bussulis recolligant ipse pallucte a consiliariis supradictis. Et quilibet consiliarii mittat ambas manus clausas in ipsis bussolis et palluctam suam dimictat in qualicumque voluerit ex bussulis supradictis. Et quicumque ex consiliariis supradictis ambas suas manus non miserit clausas tempore supradicto in bussulis supradictis solvat dicto comuni vice qualibet qua contrafecerit quinque sold. den. Quibus sic continenti auferantur de dicto pendiones supradictos aut alter eorum qui recollectis dictis palluctis in bussulas supradictis portentur ipse bussule coram dominis supradictis et consignet notario reformationum ibi adstanti. Qui notarius hiis factis bussulas ipsas aperiat primo et emissis pendens de bussolis ipsis palluctis omnibus alta voce connumeret eas faciendo ipsas cadere in quodam bacile de ramine, seu opertorum innatis adeo quod sonus ipsarum palluctarum cadentium in bacile predicto a consiliariis audiatur. Et predicta serventur in expensis faciendis pro comuni Fulgin. ultra summam xxv. libr. den. sublato comuni recepte vel dispensatione alicuius statuti remissione alicuius condempnationis et rebanditis alicuius exbanditi in quibus casibus petitum et reformationes obtinerі debeant per duas partes consiliariorum. Et aliter facta non valeant ipso iure auctoritate presentis capituli et statuti. Et officiales predicti qui permicteret contra formam predictam fieri perdant de eorum salario pro quolibet ipsorum .C. libr. den. in quibus sindicari dicti comunis ipsi comuni debeant condempnari. Hec etiam excepto quod predicta non vendicet sibi locum ubi et quando tractaretur de expensis faciendis in Romana curia vel contra exbanditos et rebelles civitatis Fulgin. vel eorum occasione. // Item quod nec potestas nec Capitaneus seu alter eorum possint seu debeant aliquid preponere in aliqua arengha nisi ipsam arengham coadunari facere super aliqua re seu negotio nisi primo ipsam arengham fieri deliberata fuerit per confalonerium iustitie dicte civitatis et consilio ordinum populi civitatis eiusdem et obtentum in dicto consilio facto partito ad bussulas et palluctas per duas partes. Et siquis predictorum potestatis et capitaneus contra predicta fecerit perdat de suo salario mille libr. den. in quibus dicto comuni per sindicatum eiusdem comunis debeat condempnari. Et nichilominus quicquid fieret in ea non valeat ipso iure. auctoritate presentis capituli. Et aliqualiter deliberatione contra fieret in eadem pro eisdem capitaneus vel potestas cadant ipso facto. Et quicumque arengharet in ipsa arengha non coadunata predictum perdant in .X. libr. den. condempnetur comuni Fulgin. Et quicumque et steterit in eadem seu audiunt aut assentit assensit aliqua fieri in eadem non discedendo statim ab ipsa sine temporis intervallo .C. libr. den. comuni Fulgin. condempnetur. et hec in quantum arengha predicta non fieret ex deliberatione Confalonerii supradicti et consilii ordinum populi modo quo supra describitur et facto banditamento prius quod ipsa arengha fieret ex deliberatione consilii eorumdem confalonerii et populi. // Item quod nullum statutum populi Civitatis Fulgin. capitulum possit corrigi cassari vel suspendi nisi in consilio populi et rectorum artium civitatis eiusdem facto et obtento partito ad bussulas et palluctas modo quo describitur. // Item quod camerarius dicti comunis possit et sibi liceat ac etiam teneatur expendere de pecunia dicti comunis Fulgin. quotiens et quando expedierit ac deliberatum fuerit per xij probos viros eligendos per dominos priores populi supradictos qui pro tempore fuerint usque in quantitatem xxv. libr. den. Dummodo deliberatio ipsa fiat ad bussulas et palluctas et obtineatur per duas partes ipsorum virorum congregatorum super ipsa deliberatione facienda. //

Item

Quod in quolibet consilio possint quatuor consiliatores arengare — — Rubrica viiij

Item dicimus et ordinamus quod in quolibet consilio civitatis Fulgin. possint tantum quatuor consiliatores arenghare et non plures sine licentia potestatis vel capitanei aut priorum populi dicte civitatis et qui contrafecerit in xx. sol. den. comuni Fulgin. condempnetur. Et nullus consiliator possit nec debeat consulere nisi ad propositam nec dicere illud idem quod alius dixerit sub pena .v. sol. den. pro quolibet et vice qualibet. Et potestas et capitaneus teneantur in virtute predicta facere observari. Et predicta banna auferre pro comuni. contra facientibus de facto statim et micti et poni facere in capsa dicti comunis.

Quod in quolibet consilio sufficiat maior pars. — — Rubrica .x.

Item dicimus et ordinamus quod in quolibet consilio generali comunis et populi et rectorum artium civitatis Fulgin. in consilio populi et rectorum artium eiusdem civitatis et in consilio illorum qui fuerint ad officium potestatis populi supradicti et in quolibet ipsorum sive in congregatione ipsorum et

cuiusque ipsorum sufficiat maior pars sive dimidia numeri consiliariorum deputatorum ad ipsum con-
silium sive circa ipsam dimidiam et habeatur pro perfecto numero consiliariorum tamquam essent omnes con-
siliarii de ipso consilio deputati ad ipsum consilium in omnibus que proponi deberent sive proponerentur
in quocumque consiliorum predictorum. Salvo quod in suspensione seu cassatione alicuius capituli statuti tam
populi quam communis et in suspensione alicuius condepnationis sive exbannimenti facti vel facte late seu
ferende quacumque de causa in quibus seu in quo esse debeant due partes consiliariorum ad minus in
aliis non sufficiat minor pars consiliariorum ut supra est scriptum ac si omnes consiliarii essent
ad ipsum consilium congregati. // Item quod priores populi dicte civitatis qui sunt et erunt pro tempore
in officio prioratus predicti vocem habeant in quolibet consilio sicut habent alii consiliarii qui essent ad
ipsum consilium deputati quocumque nomine ipsum consilium censeretur. Et valeant voces eorum
in quolibet consilio tamquam voces aliorum consiliariorum ad ipsum consilium deputatorum.

De hiis qui habent aliqua rem ad scriptum — Rubrica xi.

vide ... r. 12 et r. 135 et p. c. 48 li. p. ... r. 49 c. li.

Item dicimus et ordinamus et pro lege firmamus quod capitaneus populi civitatis Fulginei in principio
sui regiminis teneatur et debeat facere banniri per dictam civitatem in locis consuetis quod qui-
cumque de dicta civitate vel eius districtu habet aliqua rem ad scriptum seu censum debeat assignare
ipsam capitaneo. Et de eo et quanti censum solvere debet pro ipsa re quo facto et receptis assignatio-
nibus et demonstratis omnibus iustis scripturis seu canonis seu censis fiat sindicus et procurator omnium
predictorum ad dandum censum pro aliquibus dictorum personarum quem censum dictus sindicus dare debeat pro
habentibus et tenentibus scriptum ab aliqua ecclesia de dicta civitate et districtu per xxv annos. Et quilibet
sic det et solvat censum dicto sindico prout solvere debet pro re quam habet ad scriptum pro dicto tem-
pore xxv annorum. Et nos quidem censu recepto a quolibet predictorum dictus sindicus teneatur
et debeat accedere ad dominum episcopum civitatis Fulginei et ad alios priores et rectores cuiuscumque capitula
vel conventus ecclesiarum dicte civitatis Fulginei et districtus que dictum censum recipere deberent. Et eisdem
domino episcopo prioribus et rectoribus ecclesiarum et aliis singularibus personis capitulis et conventibus dare
et solvere dictum censum secundum formam suorum instrumentorum et recipere quietationes nomine omnium et sin-
gularium personarum predictarum ut fuerit opportunum pro dicto tempore pro quo per dictum sindicum dictus census
fuit persolutus. Et si predicti dominus episcopus priores et rectores capitula et conventus et spetiales persone
recipere noluerint dictum censum protestetur et protestari debeat et teneatur idem sindicus et petere
quod recipere debeant dictum censum qua protestatione facta si noluerint recipere deponatur dictus
census apud quendam bonum campsorem periculo ecclesiarum capitulis et conventibus domino episcopo et spetialibus
personis ad hoc ut habentes scriptum dictus census et ipsi solutio non possit preiudicium generare
nec occasione ipsius census non soluti seu recepti predicti homines scriptum habentes non possint in
aliquo molestari. Et depositus dictus census habeatur ac si esset per sindicum supradictum nomine
predictarum personarum integre persolutus. // Item quod quicumque de civitate Fulginei et districtu qui
esset molestatus vel inquietatus ab aliquo sindico domini episcopi seu dictorum ecclesiarum capitulorum
seu conventuum occasione census predicti quod debeat rogari per dictum dominum episcopum priores capitula
et conventus per potestatem capitaneum priores populi et alios officiales dicte civitatis Fulginei quod a mole-
statione dicti census se debeat abstinere et cessare et quod ipsum censum recipiat ab eodem
seu ab illis qui fuerint molestati. Alioquin illi qui fuerint molestati occasione predicta per
sindicum dicti communis Fulginei expensis ipsius communis in qualibet curia defendantur. Et antequam primas
capitulum communis dicti communis teneatur et debeat pro quolibet homine seu persona qui vel que teneretur
pro censu aliquid solvere episcopatui vel alicui alii ecclesie dare et solvere illa quantitate quam
solvere debebat ipsi episcopatui vel ecclesie homo seu persona predicta pro tali hoc vel persona. Et hoc ut non
cadat a iure quod habet in re emphiteotica. Et si contingat commune predictum solvere teneatur
et possit dictus commune quantitatem per eum solutam recipere a tali homine et persona que quidem homines
et personam commune supradictum possit cogere et cogi facere ad restitutionem et

Nomen ... solvendi censum. Et hoc vide statut... r. 48 li. p° ... r. 135

Quod defendantur et ... census ... non soluti ... forma ... defendantur ... comunis Fulg...

Quod commune ... solvat census de ... personis ...

Quod nullus recipiat ad septimum vel alio titulo rem quam quis ad septimum habet et si ille talis a vicino suo crediderit pro cautione suo solutum vel sub pena hic septimum illi solvat nullum ius acquirat sed primo conpetat. Et idem dicit si aliqui consortes vel alii habentes ad septimum aliquam rem certam et alter ipsorum fecerit requisito et non consentiente sotio sibi soli in septimum rem. Et idem est si aliquis recipit ipse vel sui predecessores recepit aliquam rem ad laboratium solum vel septimum ab aliquo ecclesia vel collegio usque in tempus grande vel aliud tempus: ... penis in predictis contentis ... vel ... solutam ipsi quantum fuisset et restituendi et solvendi eandem ... Supradicto.

Quod nullus recipiat rem quam quis habet ad septimum vel tertium ab aliquo — Rubrica xv.

Item dicimus et ordinamus quod quicumque de civitate Fulginei vel eius districtu habent habet seu habuerunt possedit possidet vel possedit aliquam rem ex qua solvat vel solvunt censum canonem vel pensionem aliquam et certam certi canonis vel pensionis domino vel quasi domino non solventi ipsam predictam debere quod nullus de civitate Fulginei vel districtu audeat vel presumat ipsam rem aliquo modo accipere nec possit ipsi rei tenuta aut possessionem intrare contra volumtatem illius vel illorum qui ipsam rem possidebat seu possidebant seu possedisset. Et si aliqui fuerint consortes vel fuerint institutum quod habent vel habent aliquam rem ad septimum pensionem vel canonem per se vel antecessores suos vel quocumque alio titulo vel modo habent vel acquisiverint communiter. Et aliquis ex dictis consortibus seu aliquibus habentibus rem certam sine voluntate et consensu alia seu aliquorum consortium seu habentium rem certam sibi dari fecerit vel dari fecit in emphiteosim seu ad septimum vel alio modo concedi rem ipsam talis concessio facta non valeat et teneat ipso iure. Et ius si quod habent vel acquisiverunt quocumque titulo ipso iure amictat seu amictant et deveniat in consorte sive consortes sive habentes rem certam sine eius vel quorum expresso consensu predicta facta fuerint. Et si quis contra fecerit in predictis vel aliquo predictorum in L. libr. den. per capitaneum populi dicte civitatis communi Fulginei debeat condempnari. Et quilibet alius offitialis primum emphiteotam communis vel divisim talem rem seu possessionem predictam debeat et teneatur defendere. Et si in tali possessione seu re predictam ius acquirens aliquod edificium fecerit seu fieri presumpserit dictum edificium veniat in talem seu tales consortes. Et primos possessores et talis edificans amictat penitus cadat a iure suo et nichil habeat predictis expressis factis in ipso edificio. Et hoc capitulum sit precisum cui nullum aliud capitulum anterius vel retro positum vocatur nec possit in aliquo derogare. Et predicta locum habeant in presenti preterito et futuro.

Item si aliquis vel aliqui vel antecessores ipsius aliquid recepit vel receperit ad laboritium sive optimum septimum seu affictum vel pastinandum aliquam petiam terre ab aliquo prelato collegio seu sindico ipsorum in tertia generatione seu ad certum tempus dictam rem sibi locatam vel antecessoribus suis possit seu possint tenere et possidere usque ad tempus locationis contentum non obstante aliqua alia locatione vel concessione post ipsam alteri facta. Et si quis ipsam rem sic locatam post dictam locationem receperit sine voluntate et consensu primi conductoris in C. libr. den. communi Fulginei condempnetur. Et primus conductor possit secundum conductorem dictam rem expellere sine pena et banno et fructus ex ipsa possit recipere non obstante secunda locatione. Et potestas et capitaneus et eorum iudices et priores populi civitatis Fulginei teneantur vinculo iuramenti talem primum conductorem vel suos heredes in ipsa re defendere contra quoscumque personas. Et si predicta facere obmiserint in C. libr. den. quilibet ipsorum communi Fulginei debeat condempnari. Et si nuptius sive nuntius alicuius collegii vel prelati talem primum conductorem molestaverint in ipsa re quod talis primus conductor possit ipsos tales nuntios offendere et verberare sine pena et banno, et omnes audientes teneantur occurrere eidem tali primo conductori et ipsum defendere et iuvare contra nuptios ipsos quos verberare et offendere sine pena et banno capitulo aliquo statuti populi quod contra non obstante.

Quod precones et baiuli obediant capitaneo et confalonerio iustitie civitatis Fulginei — Rubrica xvi.

Item statuimus et ordinamus quod ad honorem dei et gloriosissimi martiris beati Feliciani Camerarius communis Fulginei possit teneatur et debeat expendere de pecunia et avere dicti communis in constructione unius campanilis fiendi et construendi in ecclesia beati Feliciani constructa in contrata Mormosonis ac etiam in una campana apponenda in eodem campanili et in ornamentis altaris dicte ecclesie ac paramentis clericorum deputandorum in ipsa ecclesia usque ad quantitatem et summam .l. librarum denariorum et plus et pluries prout videbitur prioribus populi dicte civitatis qui pro tempore fuerint et confalonerio iustitie dicte civitatis. Item quod priores et populus civitatis predicte supplicent domino episcopo Fulginati ut dignetur dicte ecclesie providere de bono et sufficienti presbitero qui ibi dum expediret celebret divina officia.

De prestatione facienda per ~~potestatem~~ capitaneum potestati et suis officialibus — Rubrica 41.

Item dicimus et ordinamus quod capitaneus populi civitatis Fulginei seu eius iudex teneantur et debeant prestare potestati iudicibus et notariis eius singulis mensibus ut debeant observare et observari facere omnia et singula statuta et capitula communis et populi Fulginatis. Item quod potestas dicte civitatis non possit nec debeat proponere in consilio vel arengha quod ipse vel aliquis de sua familia de neglectis et obmissis per eos absolvatur nec aliquam absolutionem petere de aliquo per eum vel per aliquem predictorum facto vel gesto vel omisso contra formam aliorum statutorum. Et si fieret non valeant sed sit cassa irrita et nullius valoris. Et consiliarius qui consilium dederit seu consuluerit in .l. libris denariorum communi Fulginei per capitaneum predictum condemnetur. Et priores et syndici civitatis Fulginei teneantur et debeant quolibet mense durante suo officio prestitum et prestationem facere potestati et capitaneo et eorum officialibus.

Quod [illegible] potestati prestet de observantia statutorum

Quod potestas non possit petere gratiam vel per aliquem officialem eius absolutionem de obmissis et neglectis [illegible] pena [illegible]

utrorumque statutorum per rectores dicte civitatis observetur et observari debeat cum
effectu. Et de talibus protestationibus appareat publicum instrumentum manu notarii
et ipsi syndici ad penam .x. librarum denariorum in quibus per rectores dicti populi debeant
condempnari. ¶ Item quod notarii reformationum civitatis iuramento iuris et pena
.x. librarum denariorum non scribant nec scribere debeant aliquam propositam seu
reformationem contra formam suprascriptam.

¶ De alimentis prestandis

Rubrica .42.

Item dicimus et ordinamus quod si contingat aliquam mulierem seor-
sum a viro suo manere suspectionem de viro suo offendi cu-
lpa ipsius viri, potestas et eius iudex ac capitaneus populi dicte civitatis
teneantur et debeant vinculo iuramenti omni occasione et exceptione remotis
constringere virum ipsius mulieris quod ipse ipsi sue uxori prestare debeat
alimenta oportuna secundum quantitatem dotis et facultatem mariti. Statuentes
quod dicti officiales et quilibet ipsorum teneantur et debeant ipsi mulieri alimen-
ta decernere et dari facere pro alimentis die quolibet octo denariorum pro cen-
tenario dotis sue usque in ducentis libris denariorum. Et ab inde supra pro quo-
libet centenario plurium sex denariorum vel alterius prout cognitum fuerit. Et tam-
diu dicta alimenta prestentur quamdiu steterit maritus dicte talis mulie-
ris quod eam non reduxerit cum effectu et securitatem prestiterit quod ea-
m non offendat ultra quam deceat, et a viro permittatur. ¶ Si vero uxor
dotem non habuerit seu haberet dotem secundum facultatem viri sit
in discretione iudicis qui eam cognoverit alimenta decernatur et decreta
prestentur. Qui potestas et ceteri officiales predicti summarie et de plano
alimenta predicta infra .x. dies postquam coram eis vel altero ipsorum exponatur
querela fuerit facta per ipsam mulierem vel aliquam personam pro ea vel
eius nomine. Et a tali decreto et diffinitione non possit nec debeat
appellari. ¶ Et idem dicimus de viduis. Et si predicta potestas et
capitaneus et eorum iudices et officiales in predictis fuerint negligen-
tes et ea non duxerint ad effectum in .xxv. libris denariorum communi Fulginei inde
quilibet condempnetur. Et quilibet predictorum qui contra fecerit. Et nichilominus
dominus capitaneus intendat ad executionem premissorum statuto aliquo communis
vel populi dicte civitatis quod in contrarium loqueretur non obstante. ¶ Et quicquid dominus
capitaneus fecerit in premissis valeat et teneat et plenam obtineat
roboris firmitatem. Et hoc capitulum sit precisum in qualibet parte sui.
¶ Et idem dicimus de viduis et mulieribus aliis que remanserint
vidue et quibus dotes non fuerint restitute. Quibus officiales
dicte civitatis faciant alimenta dari et decerni quousque dotes et augumenta
dotium eis fuerint integre restitute. Et hoc locum habeat in
presenti capitulo et statuto. ¶ Item quod nulla persona possit nec debeat pe-
tere seu peti facere pro dote alicuius mulieris male condicionis et fame
morte aliqua alimenta et que mulier sui culpa et defectu steterit
seu stetisset seorsum tempore sue mortis a viro suo. Et quod ad pro-
bationem quod talis mulier fuerit male condicionis et fame predicte sufficiat
probatio .v. testium de publica voce et fama.

¶ De lumine communis Fulginei concessio ad affictum

Rubrica 43.

De hiis vide statutum communis li. 4. rubrica 43. de alimentis prestandis

Fictus rectori communis Fulginei
Dominus i Ra...

16v

Item dicimus et ordinamus quod omnes qui tenentes et habentes ad affictum de bonis comunis Fulg. vel carbonariis montorotys(?) terris paludibus et quibuscumque aliis rebus ac etiam habentes ad affictum molendina olivarum teneantur et debeant affictum promissum syndico comunis Fulg. dare et solvere ad terminos contentos in instrumentis locationum earum et res quas habuerint ad affictum a dicto comuni salvare et manutenere ad opus et utilitatem dicti comunis. Et potestas et capitaneus dicte civitatis teneantur et debeant iuvando iuramenti ipsas locationes modo quo supra defendere ab omni persona et universitate omnibus expensis dicti comunis illis personis quibus necesse fuerit vel fuerint ad affictum res predicte vel aliqua ipsarum a comuni predicto usque ad tempus contentum in instrumentis locationum predictarum celebratarum in et cetera predictum et spa-les(?) [illegible]. Et si predicti potestas et capitaneus in predictis fuerint negligentes in .l. libr. den. pro syndico dicti comunis ipsi comuni debeant condempnari. Et hoc capitulum sit precisum in quolibet parte sui cui nullum aliud capitulum ante vel retro positum contradicat.

De favore dando suprastitibus paludis — Rubrica 44

De conservatione(?) ... in statuto comunis li. 3. R. 12 et li. R. 131

De palude comunis

Item dicimus et ordinamus quod potestas et capitaneus civitatis Fulg. teneantur et debeant iuvando iuramenti et pena .xxv. libr. den. de eorum salario in quibus dicto comuni pro syndico cedat comunis vice qualibet quotiens contrafecerit debeant condempnari dare et prestare suprastitibus paludis comunis Fulg. ad custodiendum ipsam auxilium et favorem ita quod nullus in ea dampnum inferat nec inferre possit et condempnare et punire omnes dampnum dantes pro quolibet et vice qualibet secundum penam habitam in dictis conductores et comunis Fulg. et secundum ordinamenta dicte paludis et suprastitum ipsius. Quod quidem capitulum potestas et capitaneus et sui officiales teneantur et debeant observare omni ordine iudiciario obmisso et qualibet sollempnitate et iuris sollempnitate. Teneantur et debeant potestas pro tempore qui pro tempore fuerit iuvando iuramenti coram officio perdurantes facere bene et mundari flumen time(?) per illos homines et terras de planitie civitatis Fulg. quibus ipsis potestatibus et capitaneis melius videbitur convenire. Et hoc capitulum sit precisum in quolibet parte sui.

De armis retinendis et conservandis — Rubrica 45

Item dicimus et ordinamus quod potestas pro tempore presentes seu eorum proximi in officio potestatis successores et confalonerius eiusdem pro tempore cum quatuor prioribus pro quolibet tertio eligendis ad hoc per dictos potestatem et confalonerium in ponant vel pavesses vel hominibus civitatis Fulg. scilicet ducentos pro quolibet tertio. Et unusquisque de dicto numero vel [illegible] in posito fuerit pavesem teneantur habere in terminum statuendum et assignandum per dictos potestatem et confalonerium et quatuor pro quolibet tertio. Et nullus cui sera(?) fuerit in posito predicta possit nec debeant vendere pignorari seu alteri quocumque colore quesito obligare ipsum pavesem sed potius teneantur et debeant eundem tenere et conservare ad servitium et honorem comunis Fulg. pena .C. sol. den. in quibus contrafaciens pro capitulo supra dicto in quolibet comuni Fulg. condempnetur. Et quod nulla persona cuiuscumque conditionis existat possit nec debeant aliqua ratione vel causa ab aliqua persona aliquem ex dictis pavesis in pignus seu in venditione aut alio modo quocumque recipere ad penam predictam supra scriptam in quibus penis contrafacientes pro capitulo supra dictum comuni predicto debeant condempnari. Et quod dictus capitulum statim

post factam dictam impositionem de toto partam expensas p(er) paciers p(re)d(ic)ti
habeant pro illos quibus in positi fuerint paciers p(re)d(ic)ti modo quo .6.
j. terminum assignandis et statuendis pro impositores p(re)d(ic)tos Et si d(ic)tus
capit(aneus) in p(re)missis negligens fuerit vel remissus incurrat pe-
nam .C. libr. den. de suo salario com(mun)is fulg. applicandis ¶ Item q(uod)
singulis qui sunt et erunt ad officium p(ro)curatoris p(ro) d(i)c(t)e civitatis
teneantur et debeant habere et tenere ad s(er)vitium et honorem com(mun)is p(re)d(ic)ti unum
paucerium bonum et sufficientem pena .C. s. den. pro quolibet et vice qualibet
qua contrafecerit et requisitio fieret et non haberet singulis pro dictum capit(aneum)
d(ic)to com(mun)i debeant condemnari ¶ De armario faciendo — R(ubric)a .46

~~De exemplatione huius statuti~~ — ~~R(ubric)a xxj~~

Item dicimus et ordinamus q(uod) potestas et capit(aneus) qui p(ro) t(em)p(o)re fuerint in civitate fulg(inei)
teneantur et debeant infra unum mensem facere fieri unum armarium in palatio
sive domo ubi moratur ipse capit(aneus) in quo reponantur libri d(ic)ti com(mun)is videlicet regi-
strum de omnibus possessionibus d(ic)ti com(mun)is et sive et exbandimenta de quo quidem regi-
stro sive exbandimentis fiant tres libri unus quorum reponatur in d(i)c(t)o
armario alius in sacristia fratrum et alius sit penes camerarium d(ic)ti com(mun)is et que re-
perirentur scripta in d(ic)tis registris sive exbandimentis ac condemnationibus valeant
et teneant et plena fides adhibeatur eisdem Et omnes cancellature q(ue)
apparerent in d(ic)tis libris vel aliquo ipsorum de quacumque condemnatione de qua
appareret solutio esse facta in totum vel in partem ex deliberatione consilii genera-
lis p(o)p(u)li vel alterius cuiuscumque habentis auctoritatem posse id facere valeant et
teneant et fides adhibeatur eisdem at aliter facta non valeant nec habeant
roboris firmitatem et ipsi cancellationi non stetur et fides aliqua non d(etu)r.

¶ De pacibus faciendis Et de pena rumpentis pacem — R(ubric)a 47

Item dicimus et ordinamus ad hon(orem) et reverentiam omnipotentis
dei et beatissime virginis marie matris eius et beati feliciani martiris — V(ide) i(n) d(ic)to statuto com(mun)is l(ibro) v. i(n) r(ubrica) ...
et ad pacificum tranquillum et bonum statum com(mun)is et p(o)p(u)li civitatis fulg(inei) q(uod)
potestas et capit(aneus) d(ic)te civitatis p(ri)mo m(en)se eorum regiminis teneantur
inquirere et invenire omnes et singulas inimicitias et discordias que
s(un)t inter singulos fulginates Et de ipsis inimicitiis et discordiis facere
fieri pacem inter ipsas discordias pacificare et discordes compellere rea-
liter et personaliter et quocumque modo eis placuerit ad ipsas paces et concor-
dias faciendas pro datione fideiussorum et pro bonas cautiones et obligationes
reales et personales quas ad utramque p(ar)tem duxerit acceptandum et facere
ipsas roborari et confirmari Que quidem inquisitionem d(ic)ti potestas et capit(aneus)
incipere et facere teneantur .j. tres dies a die introytus eorum regiminis
et .j. duos m(en)ses executioni mandare ¶ Hoc tamen salvo q(uod) de aliquo maleficio
iniuria vel excessus excessibus in iniuriis vel offensis aliquis cogi non po-
ssit ad pacem faciendam .j. annum a t(em)p(o)re maleficii p(er)petrati. Et si p(re)d(ic)ti
potestas et capit(aneus) in p(re)d(ic)tis fuerint negligentes seu remissi et p(re)d(ic)ta
non fecerint in .v(c). libr. den. pro quolibet qui contrafecerit de suo salario com(mun)is
fulg. pro synd(icum) d(ic)ti com(mun)is debeant condemnari Et si aliquis pacem vel concordi-
am sic factam rumpere vel quocumque modo molare p(re)sumpserit de iure vel de facto
iudicio vel extra agendo vel defendendo in damnum seu p(re)iudicium partis cum
qua pacem fecerit in .v(c). libr. den. pro potestatem et capit(aneum) d(ic)tos d(ic)to

.j. Item non pot(est) cogi ad pacem aliquis an(te) q(uam) condemnatio sit soluta in(fra) s(ecun)d(u)m h(oc) stat(utum)

Pena rumpentis d(ic)tam pacem ... 500 libr. ... h. y. st. 8

17v

com(un)i debeat condemnari. ¶ Item quod si inter aliquos de com(un)i concordia facta esset pax post sollempnitatem predictam, si de verbis iniuriosis vel iniuriis, contra ipsam pacem in .x. libr. den. com(un)i Fulg(inei) condemnetur. Et si modo facta fuerit pax de offensa in persona cum sanguinis effusione pro percussione sive magagnam sive accatucem(?) in .C. libr. den. frangens pacem ipsam com(un)i predicto debeat condemnari. Si vero facta fuerit pax de offensa cum magagna vel accatura(?) vel alio maiori delicto, condemnetur contra pacem ipsam in .v.C. libr. den. com(un)i predicto. ¶ Si vero de homicidio in mille libr. den. frangens pacem ipsam dicto com(un)i debeat condemnari si eum occiderit. Si vero offenderet solvat penam duplam com(un)i predicto pro penas convencionales et penas delictorum per eum commissorum in quibus nihilominus debeat condemnari. Dummodo hoc capitulum se non extendat ad rebelles et exbanditos dicti com(un)is et non possint invitati cogi ad pacem faciendam si de offensa facta non fuerit facta solutio banni com(un)i predicto.

Notanda: penarum frangentis pacem de com(un)i concordia factam.

Nota quod non possunt cogi offensores facere pacem nisi soluto condempnatis.

De cassaro faciendo in castro sancti petri — Rubrica 48

Item dicimus et ordinamus quod potestas et capitaneus qui pro tempore erunt post festum beati Feliciani teneantur et debeant vinculo iuramenti post facere fieri unam turrim et unum cassarum in castro sancti petri quod ordinaretur fieri in colle ... prout videbitur ipsis potestati et capitaneo consilio credentie. Et hoc si deliberabitur fieri in consilio in quo proponere teneantur predicta. Et quicumque ceperit aliquod castellanum in dicto castro debeant in expensis predicta. Et ... muratum murum quod debet esse ... unum mensem computandum a festo sancti Feliciani predicto in antea et ipsum fornire usque ad festum sancti petri de mense iunii sub pena .C. libr. den. pro quolibet ipsorum. Et potestas et capitaneus teneantur predictum facere adimplere sub pena .C. libr. den. pro quolibet. Et quod ipsum castrum et omnia hedificia ipsius castri sint et esse debeant ad honorem dominii et utilitatem ac potentatum dicti com(un)is Fulg(inei). Et quod aliqua ex domibus dicti castri vendi non possit sine licentia potestatis et capitanei priorum ac confaloneriorum populi civitatis dicte qui pro tempore fuerint. Et qui contra fecerit puniatur ad arbitrium capitanei civitatis dicte. Et nihilominus talis venditio non valeat ipso iure. Et potestas et capitaneus teneantur ipsam domum alteri locare ad utilitatem dicti com(un)is Fulg(inei).

Quod liceat potestati procedere in omnibus [struck through] maleficiis — Rubrica 49

Item dicimus et ordinamus quod in omnibus malleficiis iniuriis et offensis liceat potestati civitatis Fulg(inei) et etiam teneantur per accusationem denuntiationem seu inquisitionem ordinarie et extraordinarie procedere. Et de quo ipsi potestati licuerit de ipsis malleficiis iniuriis et offensis procedere possit et debeat ad sententiam ferendam non obstante quod in processu iuris sollempnitas non esset servata in toto vel in parte. Et teneantur ipse potestas et debeant ac eis liceat procedere contra delinquentes in predictis ad sententiam dandam vel constringendum ipsos in palatio ad depositum faciendum tormentandum tamen exibeant copiam actorum et terminum dent ad reprobandum testes et ad alia facienda que sibi videbuntur ad hoc ut mallitia inveniatur non obstante capitulo quod loquitur quod nemo ad confinia mictatur. Item statuto quod loquitur quod nemo detineatur et constringatur si dederit fideiussorem. Et quolibet alio capitulo quod in contrarium loqueretur. Salvo quod si ipse potestas vel aliis

Vide statuta veteris libro ... et ... 91 ... 133

Nota quod potestas pro condempnatis debet confinare et in palatio cogere ad depositum faciendum.

Nota de tormentis ... in statuto com(un)is rubrica 72 libro 2° ...

Et quod in libro ... statutorum com(un)is rubrica 21 et rubrica 72 ... hoc statutum corrigunt ... statuta de fideiussione. Et veniunt ad statuta com(un)is rubrica 1 et rubrica 21 quod ... de deposito ... debeant correcta.

¶ Nota quod accusator teneatur probare per appellationem

cuiusque intenderet ad se omnino tendendum quemquam qui ille talis possit ad capitulum
recurrere. Et si aliquis terminus contineretur in aliquo statuto seu quod non
fieri deberet accusatio de quocumque maleficio non valeat ille terminus
nec preiudicet accusatori non obstante aliquo statuto quod in contrarium
loqueretur. Et testes possint recipi per notarium curie super quocumque
maleficio et post conclusionem illius etiam quem ingreretur aut alio modo procederet et eorum dicta valeant plenarie. ¶ Item quod processus qui fiet
contra quemcumque committentem aliquod maleficium seu iniuriam non possit nec alio
modo tolli non obstante quod consensus partis non intervenerit. Et hoc locum
habeat tam in accusandis quam in excusandis. ¶ Item quod capitulum decemviri
teneantur et debeant et liceat eis procedere contra quoscumque committentes
tractantes aut ordinantes seu tractatum aut ordinationem facientes
per directum vel obliquum aliquid contra presentem bonum statum decemvirum
Fulginei et inmutationem ipsius status. ¶ Insuper firmamus et dicimus quod presens
capitulum contentum eo non derogetur nec derogare aut obstare
valeat capitulo quod loquitur in favorem et super libertate priorum seu illorum
qui fuerunt et erunt ad officium priorum populi decemvirorum. Et capitulo quod loquitur quod non possit procedi de homicidio elapso anno. Nec non
capitulo scripto in secunda parte statuti communis Fulginei contentis in ipso capitulo posito
sub rubrica de hiis qui a penis et bannis excipiuntur. Et in capitulo illo capitulum
¶ Item dicimus et ordinamus quod supradicte persone excipiantur a penis et bannis
in hoc capitulo contentis ubi quod si aliquid fecerit vel diceret in utrumque filio
vel filie sue et cetera dummodo nulla fiat damnum in rebus in bonis alienis
excipiuntur quod in damnum solvere teneantur secundum formam statutorum loquentium de dampnis datis ¶ Et alio capitulo scripto in secunda parte statuti communis predicti
posito sub rubrica quod potestas quacumque possit procedere contra gazaros et
patarenos et alios malefica committentes quod quidem capitulum in parte
Cum oporteat peccata nocentium nota esse et expediat per nostra
lege firmamus quod potestas et inde de maleficiis et de hoc non salvo quod
si fuerint commissa usque in secundum gradum et familiares habitantes in una
et eadem familia in personam sibi coniunctam seu in una et eadem familia habitantem enormiter aut atrox maleficium commiserit
per eo casu si ad notitiam pervenerit procedi possit per potestatem per inquisitionem et alio
quocumque modo ut districtionem ipsius domini potestatis et sue curie indebite committentes considerata enormitate et atrocitate commissi maleficii.

De aqua vescie vendenda et cetera

Item dicimus et ordinamus quod aqua vescie nulla palis in-
ferius vendatur per commune Fulginei et cetera eiusdem communis. Et quicumque
de dicta aqua voluerit adaquare aliquas possessiones teneatur solvere pro quolibet stario terre qua adaquare voluerit communi dicti communis
seu illis vel illi qui dictam aquam emerit. Si pro prima vice decem
octo denarios. Si vero alia vice voluerit adaquare solvere teneatur
xii denarios pro quolibet stario. Et si aliquis huius possessionem inxta forsan per quas labitur et currit dicta aqua et ex ipsa adaquaverit possessiones ipsam solvere teneatur pro quolibet stario et vice qualibet. [illegible]

Left margin notes:

Valet processus quod fiunt facti[?] quamquam non intervenerit sibi

¶ Quod procedatur contra tractatores contra statum presentem communis Fulginei et cetera

Et c. 4 [illegible]

[illegible] et 4 [illegible]

¶ Per hoc limitatur statutum [illegible] excepto [illegible] in secundo gradu et familiares [illegible] habitantes [illegible] enormiter vel atrox [illegible] potestas [illegible]

Right margin notes:

Si terminus aliquis statuti accusationis aliquod statutum ille terminus non valet nec preiudicat accusatori [illegible]

Vide statum communis [illegible] 19 [illegible] specialiter [illegible]

Vide statum communis [illegible] 58 et 167.

[illegible] 34

[illegible] habitantes [illegible] familia [illegible]

Vide hic [illegible] 206

18v

- denarii. Et quicumque [illegible]

den. et qui emerent ipsam aquam teneantur ipsam mittere et mitti facere per
foveas predictas eorum sumptibus et expensis Et hoc intelligatur tam de aqua predicta
guessie quam de aqua fluminee quam venderet pro dicto comuni ¶ Item quod nulla persona que
emeret aquas predictas seu aliquam earum seu aliqua alia persona possit nec de-
beat accipere aliquam canipam seu linum vel rem aliam quacumque occasione
macerature et aque iacentis in ipsis maceratoriis vel quacumque alia causa
seu modo pretextu dicte aque nisi tantum pecuniam de qua est facta mentio Et qui contra
fecerit puniatur ea pena qua puniri debet per formam statutorum dicte
civitatis si de eius canipam seu linum vel aliam rem quocumque alteri fura-
ret Et quod nulla persona debeat dare emptori seu emptoribus aque predicte
vel aliis pro eis aliquam canipam seu linum nec aliquam aliam rem oc-
casione macerature seu adaquature predicte nisi tantum pecuniam modo
et forma quibus est descriptum ¶ Item quod nulla persona audeat vel presumat
adaquare de aqua predicta sine licentia illius vel illorum qui dictam
aquam emerit a comuni Et qui contra fecerit puniatur qualibet vice x sol. den.
per capitaneum populi dicte civitatis dicto comuni debeat (?) condempnari (?) Et quicumque extraxerit
aliquam ex dictis aquis de cursu antiquo et miserit aliunde puniatur in x
libr. den. que veniant in comuni predicto Et nihilominus remittere teneatur
ipsam aquam per cursum antiquum quam quidem remissionem infra tertiam diem
facere teneantur Et potestas predicta facere teneatur bandiri infra tertiam
diem postquam coram eo petitum fuerit ¶ Item quod dicta fovea cavetur
et remundetur hinc ad kalendas maii proxime venturas per illas personas que
videbuntur notario qui erit super officio viarum Qui notarius teneatur
predictum effectui demandare infra dictum tempus pena [illegible] xxv
libr. den. Et fovea predicta allarghetur quatuor pedibus a sancto Marti-
no usque ad Carbonariam comunis sub pena predicta Et si omnes aquas predictas
ab aliquo adaquantes ultra quantitates superius declaratas acceperit
per potestatem seu capitaneum in x sol. den. dicto comuni debeat condempnari Et de predictis
dictas inquisitionem facere teneantur Et etiam teneantur predicti potestas et capitaneus
ad petitionem cuiuscumque petentis restitui facere illi seu illis cui vel quibus
ultra dictam quantitatem supra declaratam acceptum fuerit per emptorem vel emp-
tores aque predicte aut alium pro eis vel ipsorum aliquo et eorum nomine de
facto ¶ Item quod nullus emptor aquarum predictarum seu alicuius earum recipiat
aliquam cautionem vel cautelam seu pactum ab aliquo occasione adaquatio-
nis predicte ultra quantitatem superius declaratam Et si receperit non
valeat Et potestas et capitaneus et eorum iudices pena xxv libr. den. de
eorum salario teneantur ad petitionem illius qui adaquaverit cautionem

¶ Quod pro adaquatione et macerature non solvatur canipa linum vel alia res sed tantum pecunia etc.

¶ Pena extrahentis aquas de cursu proprio et unde [illegible] etc.

¶ Qui debent cavare et remundare foveam aque [illegible] Et de largitate

¶ Pena accipientis ab adaquantibus ultra taxam pretii

cautelam contractum permutare nullum Et hoc in contractu apparuerit
factum fuit foveam predictam Et teneatur dicto emptori aque predicte dictus frater
secundum modum supius declaratum Et nihilominus cogatur dicto tali sibi
obligato ad faciendum fieri contentationem de hiis que sibi tenetur et obli-
gatus esset promissorum occasione non obstantibus quod in tali contractu sive
instrumento contineretur guarentigia Et quod aliarum quod occasione aque predicte contine-
tur in instrumento sive contractu predicto constantibus primo ipsis potestati et capi-
taneo quod et ceteri deinde instrumentum sive contractus factus fuerit occasione ad-
acquationis aque predicte per iuramentum obligatus et aliis penis protestationibus
et probationibus que videbuntur ipsis potestati et capitaneo et eorum officialibus
= Item quod fovea fienda per locum unde consueverunt ire aqua guessie
fiat tribus pedibus cupa expensis terrarum et non vie Et si habentes possessiones
iuxta ipsam foveam cavarent et remundarent dictam foveam possit
ex ipsa aqua adacquare sine alia licentia ¶ Item quod potestas et capitaneus
.B. dicti teneantur et debeant vinculo iuramenti ad petitionem cuiuscumque petentis talem
facere et effectui demandare quod hec ad terras unde magis prope revertatur aqua
guessie per viam quatur ad sanctum zachariam et inde ipsam viam ducatur
usque ad burghirolum sancti habundi itaque habentes possessiones in campo
maiori ex ipsa aqua et de ipsa aqua adacquare possint Et quod fiat
quedam fovea ut dicta aqua bene ire possit et fluere usque ad dictum lo-
cum expensis adiacentium et habentium possessiones ibi et utilitatem inde conse-
quentium Ad que exequenda in terris sit notarius qui fuerit deputatus super hiis
qui teneatur et debeat predicta exequi cum effectu hic addentium ipsis
ad penam .xxv. librarum denariorum de suo salario Qui notarius pro predictis exequendis
possit penas et banna imponere et ipsas et ipsa in communi fulg. facere devenire
ab inobedientibus Et si potestas et capitaneus in predictis fuerit negligentes
quod predicta ad effectum non ducant in .l. libris denariorum communi fulg. pro sindicatu
ipsorum cuiuslibet ipsorum quilibet condemnetur = ¶ Item ordinamus et volumus quod potestas et capitaneus
pro dicte civitatis qui pro tempore fuerit possint teneantur et debeant cogno-
scere summarie sine strepitu et figura iudicii de omnibus in .B. dicto capitulo
contentis ad petitionem cuiuscumque petentis quicumque petat facere resti-
tui omne id et totum quod predicti emptores dictarum aquarum aut alterius
earum aut aliquis alius pro eis aut aliquo ipsorum aut alterius earum
nomine accepissent vel acceperint quocumque seu apparet pro eosdem emp-
tores vel alterum ipsorum aut alium pro eis vel ipsorum altero fuisse acceptum
ultra foveam supius traditam ante dicto capitulo sive statuto Et de pluri seu
ultra quam debent accepto stetur et credatur sacramento illius aut illorum qui
dixerit sibi ultra quam debet seu debeant fuisse acceptum per emptores

¶ Potestas et iudices summarie
... contra adacqua...
et contra adacquatores

19v

predictos vel alterum ipsorum seu querelam exposuerit coram potestatibus supradictas consi-
derata tamen persona petentis vel querelantis et illius qui accepisse commo
quo supra dicitur prout discretioni ipsorum potestatum videbitur convenire. Et quod dicti
emptores aquarum predictarum vel alterius earum possint tamen accipere ab illis
personis qui canipam seu linum macerarent ex aquis predictis vel
aliqua ipsarum et eis liceat unam brancatam tantum canipe ~~fere~~ sive lini pro
quolibet centenario brancatarum ipsarum canipe et lini. Quam quidem brancatam
predictam debeant accipere vel accipi facere emptores predictarum aquarum vel
alterius earum in presentia illius vel illorum cuius seu quorum fuerit ipsa canipa
sive linum. Si vero aliter acciperent seu accipi facerent quam ut supra describitur
puniatur in xx solidis denariorum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice communi predicto
et stetur sacramento accusatoris sive querelam coram ipsis potestatibus exponentis.

Item quod liceat unicuique volenti adacquare ipsam aquam posse
ducere per terram seu possessiones alterius cuiuscumque usque quo ipsa aqua per-
veniet seu pervenerit ad terram sive possessionem unam vel plures quam
seu quas adacquare voluerit dummodo dictus talis volens adac-
quare ut supra fit in tantum debeat et teneatur ipsam aquam immictere
et ducere per plus curtum et minus dannosum. Et nihilominus teneatur
et debeat satisfacere domino tali cuius fuerit ipsa terra sive possessio per quam
ipsa aqua immictetur et eidem dannum si quod incurrisset occasione adac-
quationis et conductionis aque predicte emendet et emendare debeat cum
effectu secundum declarationem fiendam de ipso danno per duos communes
extimatores dicte terre per quam ipsa aqua fuerit immissa. Qui duo
communes extimatores eligantur per dictum dannum patientem et confir-
mentur per potestates predictos si eis videbitur convenire dummodo predicti commu-
ni extimatores predicti non actineant ipsi nec alicui ipsorum eidem
tali tale dannum patienti. Qui quidem communes sic postea electi
et confirmati debeant ipsum dannum declarare per sacramentum ipsos bona fide
infra triduum a die postionis electionis et confirmationis ipsorum computandi
pena x solidorum denariorum pro quolibet ipsorum qui contrafecerit communi Fulginei applicanda.
Confirmatio autem potestatum predictorum habeat locum quando partes se de
ipsis duobus communibus extimatoribus non concordaverint. Et dictus tale
dannum inferens eidem tali dannum predictum ex aqua predicta pa-
tienti satisfacere debeat et teneatur infra x dierum postquam per predictos
duos communes fuerit declaratum ad penam xx solidorum denariorum communi Fulginei applicandam
in quibus per capitulum supradictum condempnetur.

An adacquantes possint et quo ducere aquam per possessiones alienas et quid solvere debent domino possessionum et quo dicto debet

De hys qui dederint ferros ad frangendum carceres comunis. Rubrica .51.

Item dicimus et ordinamus quod nulla persona de civitate Fulginei vel

Vide ad idem [illegible] 14 [illegible] 102.

districtu vel et aliunde audeat vel presumat dare ferros vel ferrum operam
vel operam adiutorium consilium vel favorem de die vel de nocte aliquo detento
in carcere seu carceribus communis Fulginei vel alio loco mandato potestatis vel capitanei vel ali-
cuius officialis communis Fulginei vel tractare quod fugiat vel evadat vel facere
per se vel alium quo casu vel cuius occasione aliquis evadere posset Et qui contra
fecerit in C libras denariorum vice qualibet communi Fulginei condempnetur Et si dictum
bannum solvere non possit seu poterit puniatur ad arbitrium potestatis si
pervenerit in fortia dicti communis Et si non venerit in fortia dicti communis bona
sua omnia sint ipso facto communi Fulginei confiscata Et si erit personale maleficium
in M mille libras denariorum communi Fulginei condempnetur et plus ad arbitrium potestatis
vel capitanei Et ille in cuius domo intraverit post evasionem in C libras
denariorum communi Fulginei condempnetur si apparuerit receptasse eundem Et quicumque tra-
xerit compedes vel ferros prestiterit ad extrahendum vel ad hoc iuvaverit
in L libras denariorum communi Fulginei condempnetur Et similiter qui associaverit eum vel de
dicta civitate exierit puniatur in dicta pena Et de predictis potestas
et capitaneus vel alter ipsorum teneantur et debeant inquirere et habeant in-
quisitio predicta ordinaria Et delinquentes contra facientes ac pec-
cantes in communi Fulginei penitus debeant condempnari Et quicumque reve-
laverit vel predicte denuntiaverit tales contra facientes vel aliquem
ex eis vel talem captum ceperit et in fortia communis Fulginei eum po-
suerit habeat et habere debeat de bonis communis Fulginei XXV libras denariorum.

Quod camerarius communis Fulginei de voluntate priorum det apodissas. Rubrica 52

Item dicimus et ordinamus quod nulla persona de civitate
Fulginei vel districtu debeat dare aliquam apodixam de aliqua
grassia seu duana nisi tantum camerarius dicti communis cum voluntate priorum
populi dicte civitatis pro ipso camerario recepto salario pro communi sive pecu-
nia consueta Et qui contra fecerit in XXV libras denariorum communi Fulginei condempnetur
Et quod apodixa quam dabit de grassia seu duana predicta sigilletur sigillo
priorum predictorum una cum sigillo dicti camerarii vel saltem ipsius camerarii.

Quod iura communis Fulginei per capitaneum recuperentur. Rubrica 53.

Item dicimus et ordinamus quod capitaneus populi civitatis Fulginei
iudicio iure tenere debeant omnes vineas terras silvas
prata et res alias quascumque et possessiones bona iura et actiones que
quasdam communis Fulginei habet intus et extra civitatem Fulginei et castellis
villis et montibus salvare et custodire et ubicumque fuerit recuperare
sumarie procedendo et occupare et reducere ad ius et dominium
ipsius communis modis omnibus quibus poterit presentis proximi temporis aliquatenus non
obstante Et ut dictus capitaneus possit dictum officium libere exercere
dicimus et ordinamus quod in omnibus et singulis que oportuna fuerint
pro expeditione dicti officii solummodo in reformatione dictorum bonorum

h. 3.

20v

habeat arbitrium plenum merum et liberam potestatem Et capitaneus dictus
non obstantibus aliquibus ordinibus derogatoriis contentis et positis in aliquo
capitulo predictorum quod capitula et ordinamenta in eis contenta quantum ad hoc capitulum sint
nulla preter pure capitula posita sub rubrica Et nullum capitulum apponatur in presenti
statuto per aliqua speciali persona Nec contra aliquam specialem personam que debeant per
dictum penitus observare Et possit et debeat dictos inobedientes et impedi-
entes dictum officium punire et condemnare et condemnationes exigere pro comuni Et
potestatem et suam familiam vocare in favorem sui officii Cum in capitulo
dictus potestas teneatur pro conservatione honoris dicti comunis et expeditione et liber-
tatis dicti officii dare cum effectu auxilium consilium et favorem totiens
quotiens ab eo fuerit requisitus Et cum capitaneus processus finis
et preceptis factis et fiendis pro conservatione dictorum honorum nullus possit
nec debeat appellare Et si appellaverit eius appellatio non valeat
nec admittatur Et hoc statutum de statuto in statutum et de capitulo in capitulum
prout scriptum est reponatur Et si dictus capitaneus negligens fuerit
in predictis in C libris denariorum dicto comuni per syndicum eiusdem comunis debeat condemnari
Et hoc capitulum sit precisum in qualibet parte sui et nemini valeat impe-
diri quod de capitulo suspendi vel corrigi non possit per consilium vel arengam
vel viam aliquam que cogitari possit sed intelligatur quod nullo obstaculo
obstante laudabilem sumat effectum Et quod nec potestas nec capitaneus
proponat nec proponi faciat contra predicta in consilio vel arengha Et si
contra fecerit in predictis vel aliquo predictorum per syndicum dicti comunis Fulginei in C
libris denariorum comuni Fulginei condemnetur Et de predictis nullam absolutionem possit
petere vel habere ab aliquo in consilio vel arengha que si fieret non valeat
ipso iure Et nullus audeat vel presumat contra predicta consulere vel aliquid
palam vel occulte dicere in consilio vel arengha vel loco alio sub pena
C librarum denariorum in quibus capitaneus dictus comuni Fulginei condemnet Et si capitaneus
fuerit negligens in condemnando illum qui contra predicta consuleret tempore sui
officii in amissione et perditione sui salarii per syndicum dicti comunis ipso iure con-
demnetur Et nihilominus dictus consultor vel qui contra predicta diceret in
dicta pena per dictum capitaneum penitus condemnetur Et capitaneus et eius iudex
et notarii qui pro tempore fuerint in civitate Fulginei vel districtu in officio
capitaneatus iudicatus vel notariatus non possint nec debeant
facere per aliquam personam in curia comunis Fulginei aliquam advocationem
coram aliquo officiali curie dicte civitatis Et si contra fecerit capitaneus
in L libris denariorum iudex in XXV et notarius in X libris denariorum comuni Fulginei condem-
nentur Et capitaneus infra octo dies a principio sui officii teneatur et debeat
iuramento iurare et pena L librarum denariorum terminare et terminari facere omnes
carbonarias tam magnas quam parvas et tam veteres quam novas
et eas custodire ad utilitatem dicti comunis ¶ Item quod capitaneus dictus tene-
atur et debeat sacramento et pena C librarum denariorum infra mensem a principio sui officii
recuperare et reducere paludem rosarii ad ius possessionem et proprietatem dicti
comunis et constituere syndicum infra dictum tempus ad locandum paludem et possessiones
predictas pro dicto comuni Et quilibet de civitate Fulginei qui apprehendisset
seu apprehenderet aut occupasset et detineret de dicta palude debe-
at infra XV dies numerandos a festo sancti Feliciani seu prius et precise statim
libere resignare in manibus dicti capitanei dictam paludem seu id quod
de ea occupasset non obstante aliqua possessione et temporis prescriptione quam per prescriptionem
minime habeant salvo iure quod haberent speciales persone de civitate
Fulginei in palude predicta Et qui contra fecerit et non resignaverit ex nunc
sit omni iure privatus ipso iure et facto Et nihilominus in C libris denariorum.

Vide [illegible] 131 [illegible]
palur[illegible]

Nota [illegible] palude [illegible] habent [illegible]

et plus et minus ad arbitrium capitanei debeat condemnari. Et nihilo-
minus dictum salarium ad ius dominium et proprietatem dicti communis penitus
reducatur. Et hoc capitulum sit precisum cui nullum aliud capitulum
in ultro vel retro positum obstet. = Item quod potestas in fine temporis
sui regiminis teneatur semel ad minus requirere et videre
omnes possessiones dicti communis.

De libro memoriali faciendo — Rubrica 54

Item dicimus et ordinamus quod Priores predicti civitatis Fulginei te-
neantur et debeant facere fieri unum memoriale si factum non
est de omnibus privilegiis et instrumentis receptorum [illegible]
communis Fulginei. Et teneant retinere instrumenta dicti communis seu em-
ptionum et quietationum factarum ab aliquo vel aliquibus ipsi communi. Et
omnia alia instrumenta communis predicti faciant publicari et in scriptu-
ris notorum [illegible] redigi. Et omnes domos [illegible] cum
olim receptis emptasque bona fide et sine fraude non ob-
stantibus emptionibus factis ab aliquo seu aliquibus de domibus sup-
radictis et maxime ab aliquibus notariis et a quibuscumque aliis et
ipsa instrumenta et omnes alias scripturas dicti communis conservare ad utilitatem
dicti communis. Que instrumenta recepta faciant et reponi apud locum fra-
trum minorum in quodam scrineo cum tribus bonis serraminibus
et clavibus variis et divisis quarum clavium una teneatur
per duos bonos homines qui eligantur per priores predictos supradictos. Et
alia remaneat penes camerarium dicti communis. Tertiam vero clavium
retineat guardianus dicti loci. Et omnia privile-
gia et omnes scripturas pertinentes ad utilitatem dicti communis
et dicti duo boni homines nullo modo possint nec debeant dictum
scrineum aperire sine presentia Capitanei et priorum predictorum.
et Civitatis absentibus aliis officialibus forensibus. Et
quicumque inventum fuerit ad eum [illegible] dicto scrineo per aliquem scrip-
turis et extraxerit inde aliquam scripturam ille scripture
scribat per aliquem notarium qui extraxerit seu qui receperit
de scrineo supradicto. Et si predicti priores et capitaneus in predictis
fuerint negligentes in x. libris denariorum de proprio eorum officio
cum predicto debeant condemnari. Et teneatur dictus Capitaneus
et eius Judex inquirere omnes possessiones et bona vendita illis
a quibus datium exigi non potest et compellere venditores ad
ipsa datia solvenda reservatis bonis si qua quis per aliquem
habet in solutum. Et similiter piis locis. Et supradictus liber
memorialis reponatur in sacristia dicti communis de quo nullo modo
possit haberi copia sine licentia domini potestatis et dominorum priorum. Et
Confalonerii predicti memorati. // Item quod de omnibus ex-
bandimentis et condemnationibus dicti communis fiant et fieri debeant
duo libri unus quorum remaneat apud dictos officiales

et alius reponatur in sacristia predicta. Qui libri scribantur per unum bonum notarium qui eligatur in consilio generali dicti communis. In quibus libris ponantur nomina exbanditorum et reprobatorum et causa ipsorum et quo tempore facta fuerit. Et omnia instrumenta emptionum et venditionum terrarum carbonariarum magnarum et parvarum et viarum motorum et aliorum ipsarum scribantur et registrentur in dictis libris memorialibus dicti communis per xii bonos notarios videlicet de quolibet terzerio quatuor. // Item quod potestas et capitaneus dicte civitatis infra mensem a principio eorum regiminis et priores populi supradicti teneantur et debeant proponere in consilio generali dicte civitatis quis modus et que forma teneri debeat contra omnes et singulos illos homines qui non solverunt datia et collectas, si fieri non [illegible] et in ipso consilio deliberari debeat quomodo et qualiter predicti [illegible] dicta pecunia non soluta ab ipsis [illegible] debeat recuperari et haberi. Et potestas et capitaneus et eorum officiales predicti debeant observare sub pena C librarum denariorum de eorum salario eis predicto persolvendo.

// Item quod de clavibus sacristie dicti scrinei dicti communis que extat in palatio dicti communis una remaneat penes capitaneum et altera penes camerarium dicti communis ita quod quilibet de scripturis que erunt in dicta sacristia possit habere copiam in qua et sacristia omnes baliste dicti communis permanere debeant. Et per capitaneum populi dicte civitatis conservari debeant ac priores eidem populi et capitaneus et priores predicti faciant fieri sacristiam predictam adeo bonam et sufficientem quod scripture predicte ac etiam faciendis tempore cuiuslibet regiminis reponi et conservari possint in sacristia predicta. // Item fieri faciant capitaneus et priores predicti expensis communis predicti unum plancatum de assidibus et planconibus ita quod baliste et res alie necessarie dicti communis possint comode permanere in eo. Et predictam camerarius dicti communis teneatur facere fieri de pecunia et avere dicti communis.

De palude butini conservando

Rta. ss.

Item dicimus et ordinamus quod potestas et capitaneus civitatis Fulginei infra duos menses in principio eorum regiminis si eis videbitur locare pro comuni Fulginei teneantur paludem butini pro tempore quo videbitur eis ut dictum est et ut comune inde consequatur utilitatem. // Item quod dicti officiales in mense post festum beati Feliciani mandent omnibus hominibus de Butino quod removeant formam butini sive foveam ad penam eorum arbitrio auferendam usque ad territorium communis. // Item quod per dictum comune Fulginei fiat fossatum a palude turris butini usque ad pedem [illegible] per Spellanos ita quod sit fossatum inter dictam paludem et territorium communis Fulginei et territorium communis Spelli. Et priores populi dicte civitatis qui pro tempore fuerint teneantur inquirere paludem butini et examinare utrum ipsa palus locata fuerit vel non et quomodo

et qualitatem et quod quicquid per eos factum fuit deliberatum et visum valeat et teneat et effectum demandetur, dummodo quod iura alterius non ledantur.

Quod nullus pro iniuria et factum alium quam iniuriantem offendat — Rubrica 56.

Faciens vindictam transversam punitur pena quadruplicata [illegible]

Item dicimus et ordinamus quod nulla persona de Civitate Fulginei vel districtu vel aliunde qui pertineret vel pertinuerit aliqua iniuriam vel offensam sibi factam ad vindictam ipsi offense vel iniurie debeat iniuriare vel offendere seu iniuriam vel offendi facere aliquam aliam personam propinquam vel attinentem in aliquo gradu parentele iniuriantis. Et si fecerit vel fieri presumpserit puniatur et condempnetur communi Fulginei pro qualibet vice qua fuerit contrafactum et pro qualibet iniuria et offensa in quadruplo illius quantitatis in qua condempnari deberet si predicta fecisset vel fieri fecisset ei qui ipsum iniuriavit vel offendit. Et potestas teneatur vinculo iuramenti et pena C. librarum denariorum predictum capitulum integre observare quod capitulum sit precisum cui nullum aliud capitulum ante vel retro positum contradicat. Et predicta potestas teneatur bannire facere per totam Civitatem Fulginei infra XV dies a principio sui regiminis. — Pena quadrupli

De receptantibus fugientes ad familiam — Rubrica 57. et ipse pena.

Item dicimus et ordinamus quod si aliquis receptaverit aliquem vel aliquam fugientem ad familiam potestatis vel capitanei dicte Civitatis Fulginei qui vel que fugeret propter aliquod malum quod commisisset in persona vel rebus alicuius de die vel de nocte et ipsam personam dicte familie non reassignaverit seu reassignare contempserit eandem personam tenendo vel occultando vel alio modo evadendo puniatur et condempnetur pro quolibet et vice qualibet qua contrafecerit in ea pena qua condempnari deberet talis fugiens pro malo per eum commisso. Et propter contentum puniatur et condempnetur communi Fulginei solvendorum. Et quod potestas et Capitaneus et eorum officiales vinculo iuramenti et pena C. librarum denariorum teneantur et debeant integre observare predicta et contrafacientes in penis predictis et bannis punire et condempnare. Et hoc capitulum sit precisum cui nullum aliud capitulum contradicat. — S pena

Quod potestas et capitaneus observent capitula loquentia de macellariis molendinariis et fornariis — Rubrica 58

Item dicimus et ordinamus quod potestas et Capitaneus civitatis Fulginei teneantur et debeant vinculo iuramenti taliter facere et curare et dare operam cum effectu quod capitula loquentia de macellariis tabernariis fornariis mollariis et pizicarolis et singula alia capitula

et nota [illegible] Molendinarium [illegible]

22v

Cois et pp. dcī Ciuitat p ipos artifices integre obsuetur et
gnalr pqualz aliam psonaz sicut i ipis caplis pleny ptinet
Et ut ipa capla melius valeant obsuari statuz q dns
potas teneat mictere vnu ex suis notar ac et deputare sup
obsuatoe fieri faciendo dcī caplis supi express zqualz ipoz
Qui notr pse teneat et debeat ad penam xxv. libr. den. quolz
mese fact i quisitoez de cotra facientib et ipos ptafaciet
punire et gdepnare sm form dcoz caploz coi pdco sub
pen pdca coi fulgi applicanda quotiens pdcm caplm no
fuit obsuatum.

De grano cois no vendendo officialib cois — Rubrica 59

Item dicim et ordin q potas n, cap. nec aliquis
alius officialis ciuitat fulgi possint n, debeant
aliquo mo ul' ca recipe ul' hre de grano cois fulg
Et si ptafecerint potestas et Cap. et quilz ipoz i
CC. libr. den. coi fulgi gdapnet vice qualz. Et Cam
dei cois teneatur dcs officialib ul' alicui ipoz de dco grano
no dare aliqua rone ad penam C. libr. den. pqualz vice
Et nullus hns molendina cois fulgi ad affictum det nec dare
debeat pdcs potati Cap. ul' alicui ipoz officialium uel
familiari peis ul' aliquo ipoz de grano quod tenet dare
coi pdco pro afficti ipoz molendinoz Et si daret pdat
ipm granum et i solutoe ei minime gputet. Et pdca
potas et Cap. et Cam. teneant et debeant obsuare sub
pena psti iur. de quo grano no possit hinc ad kalendas
mens maij vendi aliquo colore quesito.

De actatoe castroz rasilie et verchiani — Rubrica 60

Item dicim et ordinam q castrz rasilie et ca
strz verchiani actentur et actari debeant expe
nsis cois fulgi adsensu et voluntat Consily gnal
quod erit p tpe et put eidz gsilio videbr meli et v
tilius guenire Et i castro morry fieri debeat vna tu
ris bn actata expen cois pdci et expensis hoiz adiacetiu
dco castro morry fieri debeat vnu cassarz de lapidib calce
et arena muratz Et hoies adiacetes i dco castro teneat
et debeant solue et gtribuere i expen que fierent pro opere
dci castri. Et hoc fieri debeat put et qn videbit dco
Consilio gnali dce Ciuitat.

Q in psoluendis datys et collectis equa forma suet — Rubrica 61

Qui molendinarius [illegible] non possit granum dei potest recipere.

Ex grano com no vendendo usq ad [illegible] mens maij.

Ad [illegible] statuti [illegible] 17. 143. et alia statuta [illegible]

Item dicimus et ordinamus quod in persolvendis datiis et collectis equa
forma servetur omnibus personis maioribus mediocribus et minoribus
et quod omnes possessiones que site et posite sunt in territorio Civitatis
fulginei et districtus pro utilitate dicti comunis et omnes datas et colle-
tas persentiant et solvant auctoritate presentis capituli et statuti et per statute pe-
nitus teneantur. Et nulla persona a prestatione dictorum datiorum et collecte prerroga-
tiva aliqua privilegii vel pacti valeat excusari. Sed teneatur penitus
ipsa datia et collectas dicto comuni solvere secundum libram et appretium ipsius. Et
ut dolus et fraus nemini patrocinari possit. Statuimus quod si quis
vendiderit transtulerit donaverit vel quocumque modo sive titulo alie-
naverit aliquam rem alicui qui non possit seu nollet pro ipsa re sol-
vere datium et collectam seu quod occasione aliqua excusare se possit
quod talis venditor cogatur de facto et donator seu obligans seu qui
vendiderit donaverit seu obligaverit solvere datium et collectam pro
ipsa re sicut ac si possideret eandem. Et intelligatur venditio seu
donatio vel datio esse facta dolo eo ipso quod facta esset in aliqua persona que comuni ful-
ginei non solvat datia et collectas. Et quicumque possideret aliqua
possessionem pro illa possessione qua possidet teneatur et debeat solvere datium
et collectam secundum extimationem ipsius prout reperitur in extimo dicti comunis
non obstante aliqua exceptione. Dictum modo predicti possint et debeant
constringi in curia comunis fulginei ad dandum et solvendum datia et collectas et
ipsa datia solvant et ad omnia alia et singula obsequia facienda coga-
tur sicut quilibet civis civitatis fulginei. // Item quod quicumque de ci-
vitatis fulginei et districtus in aliquam personam que non possit ut
dictum est constringi aliquid alienaverit vel transtulerit de iure vel de
facto quod ad diminutionem alicuius rei que reperiretur in extimo dicti comunis
talis alienans vel transferens non admictatur sed teneatur et debe-
at solvere datium et collectam et ad omnia alia obsequia facere pro ipsa re
sicut supra dictum est ac si ipsam rem pacifice possideret a possessore
habitus non obstante alienatione predicta. // Item si esset alicui
pecunia extimata in extimo seu appretio dicti comunis et de ipsa pecunia
emerit aliqua possessione seu aliquas possessiones vel quocumque modo acquire-
ret quod pro illis rebus quas emerit seu acquisiverit teneatur solvere datia
et collectas secundum quod dicta res cuicumque fuerit extimata. Et si aliqua
res reperiretur extimata pluribus personis solummodo ille qui possideret
solvat datium pro ipsa re. Et si aliquis reperiretur inter personas ali-
quas error occasione extimi non rite facti ut puta quod in veniret
in extimata que esset alterius vel alio quocumque modo teneatur Capitaneus
dicte Civitatis ipsam questionem decidere ut supra videbitur de iure ita
tamen quod extimum sive appretium comunis predicti minime minuatur
Et quod nullus advocatus seu procurator vel alia persona que aliquo gaudeat
vel presumat allegare seu dicere coram aliquibus officialibus dicti comunis et
aliqua persona quod datium dicti comunis possit in aliquo minui
et quod dictum capitulum possit in aliquo infringi seu corrigi pena
C. librarum denariorum pro quolibet et qualibet vice. Quam penam in continenti dictus
Capitaneus sine alia inquisitione teneatur a sic facientibus tollere et

Nullus pot advocare vel procurare pro aliquo contra libras et extimum

exigere pro dicto communi sub pena · C · librarum denariorum · communi Fulginei applicandam
et Comunicalo iure. // Item dicimus et ordinamus quod si aliquis
non posset seu nollet in curia communis Fulginei conquerentibus quod contenserit
seu contemneret solvere datium pro aliqua possessione ad librata
in catasto dicti communis quod proximior consanguineus ipsius cogatur
per potestatem et capitaneum et quemlibet alium officialem ad solvendum datium
pro ipsa possessione seu ipsius possessionibus. Et hec dicti officiales et
quilibet ipsorum teneantur et debeant prefate executioni mandare
ad penam · XXV · librarum denariorum. // Item ordinamus et dicimus
quod libra dicti communis noviter facta et scripta in cartis bobicinis
scribatur et redigatur in cartis pecudinis. Et in quolibet terzerio
fiant duo libri unus quorum reponatur et conservetur in sacri-
stia fratrum minorum et alius remaneat in camera communis Fulginei.
// Item quod dicti libri sint sex/tres quorum reponantur in
dicta sacristia et reliqui tres in dicta camera. Et ad scribendum
libros predictos eligantur per priores populi Fulginei cum quatuor pluribus
viris pro quolibet terzerio eligendis ad hec per priores predictos
tres legales et experti notarii de Fulgineo. Et quod salarium ordi-
netur et fiat notariis stipendiis pro scriptura predicta antequam fiat
ipsorum electio. // Insuper ordinamus et dicimus quod omnes et singule
possessiones cuiuscumque conditionis existant situate in Civitate et distri-
ctu Fulginei sint emphiteotecarie ac tributarie communis Fulginei
et quod pro emphiteotecariis ac tributariis dicto communi exinde perpe-
tuo et extunc perpetuis habeantur.

De fontibus actandis

vide aliud statutum in c° 110

Item dicimus et ordinamus quod ubicumque est aliquis fons Rubrica · 62 ·
in Civitate Fulginei homines de contrata ubi positus est talis
fons teneantur et debeant actare ipsum fontem et ta-
liter facere et curare quod aqua que labitur seu spargi-
tur de dicto fonte non fluat nec decurrat vel labatur per viam
seu vias vel domos aliquorum vicinorum. Et Potestas et Capitaneus
vinculo iuramenti et pena · C · librarum denariorum · teneantur predicta omnia
et singula facere executioni mandare et fieri cum effectu infra · X · dies
postquam requisiti fuerint ad petitionem cuiuscumque petentis et conque-
rentis expensis illorum qui talem fontem fieri fecerint. Et si
Potestas et Capitaneus in predictis fuerint negligentes in · C · libris
denariorum · communi Fulginei per syndicos communis ipsius puniantur per quolibet debeant condempnari.
Et hoc capitulum sit precisum in qualibet parte sui. // Item quod in
fontibus et circha fontes dicte Civitatis Fulginei nulla persona lavet
pannos coria nec aliquid aliud turpe nec aliquid turpe vas
in aliquo dictorum fontium nec prope ipsum fontem per unam

mezengham. Et qui contra fecerit vice qualibet in xl. s. den. com.
Fulginei. per Capitaneum supradictum. Et ad hoc ut predicta ord.
observentur Capitaneus supradictus precise sub pena iuramenti teneatur
et debeat infra xv. dies a principio sui regiminis facere eligi duos
custodes in qualibet guaita ubi est aliquis fons in dicta Civitate
Fulginei. Qui custodes iurati teneantur et debeant accusare
omnes contra facientes et stetur iuramento accusatoris. Et quilibet alius
possit contrafacientem accusare et habeat medietatem banni,
et nomen accusatoris teneatur secretum. ¶ Item quod Capitaneus
supradictus ad requisitionem cuiuslibet petentis teneatur facere actari et re-
mundari ac reparari omnes fontes civitatis Fulginei et quolibet ipsorum ex-
pensis adiacentium ita quod continue sint in ipsis fontibus et quolibet ipsorum
aque ad sufficientiam. Et Capitaneus antescriptus et sui officiales predicta
fieri faciant infra unum mensem postquam petitum fuit ab ipso capitaneo.
pena periurii. Et quod nullus audeat derivare de ipsa aqua
conducti sive fontis qui sit in aliqua guaita predicte civitatis in preiu-
dicium alicuius fontis sine voluntate hominum qui fieri fecerunt
dictum fontem ad penam x. libr. den. ¶ Item quod nullus ma-
cellarius audeat vel presumat abluere sibi manus in aliquo
fonte dicte Civitatis vel in speraghis nec prope fontem seu spera-
glium nec aliquid aliud in ipsis fontibus seu speraghis abluere
quod sanguinolentum sit. Et qui contra fecerit in predictis in Centum
sol. den. Com. Fulginei condempnetur. Et quilibet possit contrafacientem accusare
et habeat medietatem banni et nomen eius teneatur secretum et alia me-
dietas sit dicti comunis. Et nullus de civitate Fulginei vel districtu vel
et aliunde audeat vel presumat acturare vel claudere vel ac-
turari seu claudi facere aliquem fontem seu speraglium dicte
Civitatis nec clonam vel conductum ipsorum fontium nec aliquo modo
impedire cursum aque dictorum fontium nec aliquo modo aqua predicta
fluat vel frangat per stratas vel vias. Et qui contra fecerit solvat
nomine banni xl. s. den. pro quolibet et vice qualibet in quibus penis
et bannis debeant penitus condempnari. Et quilibet possit contrafaci-
entem accusare et habeat medietatem banni et nomen accusatoris tene-
atur secretum et stetur iuramento accusatoris. ¶ Item quod potestas
et capitaneus unicuique vinculo iuramenti et pena xxv. libr. den. teneantur
et debeant ad petitionem cuiuslibet petentis facere reactari et re-
parari quemlibet fontem deguastatum in districtu Fulginei expensis
hominum et personarum adiacentium ipsi fonti. Et hoc facere fieri
teneantur ipsi vel alter ipsorum coram quo petitum fuit. Et ipsi
Potestas et capitaneus aut alter ipsorum coram quo petitum fuit infra
mensem postquam fuit postulatum teneantur et debeant predicta exequ-
tioni effectu. Et si in predictis vel aliquo predictorum fuerint negligentes

Nullus possit aquam conducti vel alicuius fontis derivare sine licentia [illegible]

Nullus macellarius lavet sibi manus in aliquo fonte vel speraglio [illegible] pena [illegible]

Nullus obturet vel impediat cursum aque dictorum fontium [illegible]
vide [illegible] 50

24v

inp̃dcas pen. p syndic̃ dc̃i cois ipi cõi debeat ydepn. //

Item q̃ nulla p̃sona i dc̃a ciuitat̃ fulg̃. possit nec debe
nt hr̃e aliquē fontem i domo ad pena et bannũ. l. libr.
den. n̄ tm̄ ad canellam clausaz ad clauẽ dūmodo aqua
que exiget de dc̃a canella nõ redeat ad conductũ. Et Potas
et Capitan̄ uł alt̃ ipoz̃ teneant̃ iquirere uinclo iur.
i mens̃ aprincipio coz̃ regis ẽ omes et singlos hn̄tes ipos
fontes et iuentos alit̃ q̃s ẽ descbit̃ facere deguastar̄
et fontez p̃dcm̃ cũ canell. p̃dc̃a et ipam canellam q̃ nõ hr̃e
nõ possit mõ quo ẽ. n̄. de p̃dcoz̃ rectoz̃ patenti licentia
Et hec dc̃i officiales teneant̃ face bannũ ut hoies sciat
et ẽ facientes post dcm̄ bannũ i dc̃a pena penit̃ ydepn.
Et q̃ p̃dc̃i Potas et capitan̄. teneãt̃ et debeant uinclo
iur. et pen. C. libr̃ den̄. prouinoq̃ ipoz̃ face claudi i.
xv. dies aprincipio coz̃ regis. Et oms et singlos sperra
glos de dc̃a ciuitat̃ p̃manent̃ sup conductis aque blade
ita q̃ ex ipis aque trahi nõ possit. Et q̃ speraglũ qui
extant an̄ dcm̄ filij calentij et iux porta uetere ẽte abbe
penit̃ claudant̃ cũ lapidib; adeo bn̄ et firmit̃ q̃ eleuare
nõ possit n̄ tm̄ dum expediret occuce regnus qui i s̃geret
seu eleuaretur i aliqua domo de dc̃is ẽtis / et occe mũdandi
et di scutiendi cursõ aque p̃dc̃e ut dirigatur et recte fluat
ad fontes dc̃e ciuit̃ fulg̃. Et siquis ẽfecerit soluat ban
nũ cõi p̃dcõ. x. libr̃ den̄. Et cuilibz sit licitu ẽfacientem
accũsare et habeat medietat̃ banj et nom accũsatoris teneatur
secretuz. // Item q̃ ad beueratoriuz ẽstenctu i platea
sc̃e m̄ / circũcirca scilicet̃ usq; admuruz uetere ciuitat̃
qui est ibi prope et usq; admactonatu strate et actet̃ adeo
bn̄ q̃ aqua que exiget et labet̃ ex dcm̄ adbeueratoriuz
possit libere trascurrẽ et ire p suuz cursũ et fouea quē
est iux ipm̄ abbeueratoriuz repleat̃. et lapides qui ex
tant ẽ ipm̄ abbeueratoriu ẽtinet̃ et ẽ claueturẽ cuz
ferris. Et p̃dc̃a oma fiat expens̃ dc̃i cois et exequat̃
tpr̃e regis p̃ntis Cap. et p ipm̄ capitan̄ uinclo iur̃. Et
q̃ nulla p̃sona de lapidib; dc̃i abbeueratorij audeat ele
uare pen. xxv. libr̃. den. i quib; ẽfacientes p̃dcm̄ Cap.
dc̃o cõi fulg̃ debeat ydepn. Et siqui lapides de dc̃o abbe
ueratorio eleuarẽtur reponant̃ ibidem ex ipis honiz
sot̃ stamigloz. Et ad ipos lapides reponedos consules dc̃e.

Societatis predictum Capitaneum constringantur salvo quod si ipsi consules assi-
gnaverint elevatores seu exportatores dictorum lapidum quod dicti con-
sules seu homines dicte societatis ad repositionem ipsorum lapidum minime
teneantur set tantum delinquentes. // ¶ Item ordinamus et dicimus
quod expensis dicti communis Fulginei ducatur usque ad plateam novam civitatis
predicte de aqua que fluit et labitur per conductum eiusdem aque in
ea quantitate eiusdem aque que sit decens et bene sufficiat pro
uno fonte fiendo in ipsa platea adhoc ut sufficiat hominibus
[illegible] et tam dicte platee nove ibi prope circumstantium et ad
ipsorum commoditatem. // ¶ Ordinantes quoque et firmantes quod
singula capitula descripta in statuto communis tractantia de dicta
aqua et de fontibus quibuscumque procedant et executioni mandentur
in omnibus et per omnia prout iacent. // ¶ Item firmamus et volumus
statuentes quod nulla persona de Civitate Fulginei cuiuscumque status et con-
ditionis existat habens aliquem fontem iuxta murum suum vel sue
domus aut in ipso muro audeat vel presumat habere aut tenere ali-
quam fenestram seu balestreriam nec aliquod aliud guadium seu
foramen in ipso muro prope ipsum fontem per duas mezenghas ad
mezengham communis Fulginei ad penam .C. solidorum denariorum communi Fulginei applicandam
Et siquis habet vel haberet vel habuisset aliquam fenestram balestre-
riam vel guadium seu foramen in aliquo muro per quam seu quod
possit dicta talis persona proicere seu proici facere aliquod lavacime aqua
vel sozzuram aut aliquod brutum vel quod possit bructitudinem seu
putredinem qualibet appropiari in quo muro vel iuxta quem
esset aliquis fons factus a quinque annis citra proxime elapsis vel
quod ideo ipsa fenestra sive balestreria vel foramine fuisset facta
a dicto tempore citra et a maiori tempore quinque annorum citra sine quod
visum fuerit dominis prioribus populi civitatis Fulginei coram quibus peteretur
ipsa fenestra balestreria seu guadium vel foramen claudi Et
quod priores coram quibus talia peterentur tunc teneantur et de-
beant precipere et mandare dicte tali persone dictam talem fenestram balestr-
eriam vel guadium seu foramine quod ipsam fenestram balesteriam
foramine seu guadium infra tertium diem a die sibi mandati seu precepti
debeat claudere aut claudi facere et murare seu murari facere
de lapidibus seu mactonibus calce et arena in ea grossitudine prout
est ipse murus in quo esset talis fenestra balestreria guadium
vel foramine predictum ad penam .C. solidorum denariorum in quibus si contrafecerit vel ea
facere obmiserit per Capitaneum populi supradicti communis Fulginei debeat puniri totiens
quotiens. Et ad clausionem et murationem dicte fenestre balesterie gu-
adii seu foraminis faciendam. Et ad predicta fiendum et executioni man-
dandum idem Capitaneus vel eius iudex teneatur et debeat cogere de facto
sine strepitu et figura iudicii dictam talem personam que talia facere
contempserit seu noluerit realiter et personaliter ad claudendum et mu-
randum ipsam balesteriam fenestram guadium vel foramine predictum
ad penam .xxv. librarum denariorum in quibus si non fecerit de suo salario con-

Confirmatio statutorum loquentium de aqua platee

De fenestris prope fontes [illegible]

25v

fulg. per syndicos ipsi penitus condepn.

De civitatibus et castris requirendis pro parte comunis — Rubrica 63

Item dicimus et ordinamus quod potestas et capitaneus et Priores populi civitatis fulg. teneantur et debeant nuncios in veniendo et pena .C. librarum denariorum infra .xv. dies post festum beati Feliciani proxime venturi mictere litteras speciales propter hoc pro parte dicti comunis fulg. singulis civitatibus castris et terris de provincia ducatus et extra dictam provinciam ac etiam ad civitatem perusii requirendo et rogando eos quod per eorum litteras banniri faciant publice quod nulla persona de terris predictis vel aliqua ipsarum cum aliquo de civitate fulg. vel eius districtus contrahere debeat quod si fecerit faciat omni eius resico periculo et fortuna cum comune fulg. occasione alicuius sui civis vel comitatensis nolit aliquem teneri in aliquo nec aliquatenus obligari secundum cui debent requiratur.

De pontibus non faciendis — Rubrica .64.

Item dicimus et ordinamus quod nulla persona possit nec debeat facere aliquem pontem super aliqua strata civitatis fulg. ab una domo ad aliam si sint utraque domus eius unius et eiusdem domini vel patris et filii. Et hoc in quantum non esset multum difformis et impediret lumen domus vicini sed remaneat in providentia potestatis et capitanei. In stratis non in infrascriptis de nulla persona possit nec debeat pontem facere. scilicet in strata qua itur a porta abbatie usque ad portam sancte marie foris portam. Et in strata qua itur a porta sancti Jacobi usque ad portam contrastanghe. Et in strata mercatorum a platea comunis fulg. usque ad locum fratrum predicatorum. Et in strata qua itur a porta abbatie usque ad portam sancti Claudii. Et qui contrafecerit in .C. libr. den. comuni fulg. condepnetur. Et nichilominus teneatur ipsum pontem removeri facere et penitus destrui. Et de predictis non possit concedi licentia per aliquem officialem dicte Civitatis. Et si daretur talis licentia non valeat nec habeat aliquam roboris firmitatem. Item quod nulla persona in strata que est a platea pomorum usque ad trivium contrastanghe possit vel debeat aliqua banchas ceppum vel lapides vel scalas vel aliquid aliud impedimentum habere. Extra murum sue domus a tribus pedibus et x. ad pedem manualem iusti hominis. Et potestas in principio sui regiminis infra octo dies faciat banniri predicta. Et nichilominus idem potestas quolibet mense faciat propterea diligenter rimari. Et qui hec non removerit ad terminum sibi datum vel positum per officialem eidem potestatis vel posita reposuerit in .x. libr. den. comuni fulg. condepnetur. Et de predictis inquisitionem quolibet mense sui regiminis facere teneatur

Potestas pdcus. Et q facient i penam pdcas dcō coī fulgī qdepn. Et
null audeat aliquē ponte seu plancatu vl' proagulum face sup
viam a porta sci marci usq ad strata more. s. ab una domo
ad aliam | Et si qd' factum eet | Potas seu capitus i tres dies ipm fa
ciat elevari | ad petitioē cuilibz de ytra | ad penā. L. libr. den. | de coz
salario. Et illud idem dicimus de burgo sive strata | q incipit an
dom olim pccis mancie | quadit usq ad locū fratrum minoz |
q de burgho qui incipit ad strata teucas | usq domū filioz salim
bene | usq ad dom filioz Johagnoli de gstangha. Item qd
nulla psona i civit fulgī audeat vl' psumat an domū aliqua |
ex muriz ipi' dom tenere nec hre lar sine soluz | nec ignē face
sb proagulo vl' traspinna. Et qui q fecerit solvat vice qualibz
coī fulgī. xl. s. den. i quibz p capitan. supdcm coī fulgī, qdepn.
Et quilibz possit q facient accusare q nom accusatoris teneat secre
tum. Item qd nulla psona de civit fulgī possit nec debeat
scalas hre ex murum dom' sive sb quibz hat stabuluz vl' hre pos
sit seu possit fieri letamen vl' reponi vl' brucimen aut putredi
nem aliquam an dom suam vl' alti' itaq tediu faciat vicinis
n. clausas hat cū muratas. Et qui q fecerit i tribz libr. den.
p dcm capitan coī pdcō debeat qd. // Item qd nulla psona
i mejs vicinalibz que exitu nō hnt ab utraq pte possit hre sca
las nisi tm duoz pedz ~~tant~~ ad pedem man. insti hois et nō
cupas nec possit sb eis hre stabuluz, nec possit letam seu br
ucimen reponere et totū illud qd' eē repireē plus duobz pedibz
ad petitioē cuiuscq petentis. Capitan supradcus teneat face re
moveri sb pena prestiti iuramenti. et. C. libr. den. Et p dca
oīa q singla capit. pp. civit fulgī i octo dies a pricipio sui re
giminis faciat pub. p civitat fulgī bannizi ut hoīes sciant.
Et post dcm bannimentum teneat inquisitioē face de pdcis et
quos culpabiles i venerit punire et condapnare i pena a banns pdcas
Item qd quicuq ht vl' hnit aquimq circa colupnaz seu
colupnas sub portas a duobz pedibz ex domū sua teneat et debe
at ipam vl' ipas elevare i. mese a die precepti sibi facti vl' faciendi
pena a banno. C. libr. d. p capitan q faciens qdapn. Et cap.
pdcus teneat et debeat uniclo mr. face fieri a executori mādari
singla supdca. Et de pdcas inquisitioē facere i. mese a pricipio
sui regiminis pena xxv. libr. den. de suo salar i quibz si q fece
rit | p sindicum dca coīs dcō coī debeat qdepn. Item firmam
et veliz statuentes | qd nulla psona de civit fulgī | possit nec
debeat | face vl' fieri facere | vl' hre | an domū suaz | vl' i muro
sive dom' aliqd' proagulum vl' profellum | n. ipm pagulum vl'
profellum | sit altitudis duaz mezenghaz ad min | sup
terram | ad mezengham coīs fulgī | pena xxv. libr. den. | in



quib; contrafaciens per capitaneum populi dicte civitatis ipsi communi debeat condempnari.

Item quod omnes et singuli pontes constructi et existentes super aliquas streatas publicas et reales videlicet a porta sancti Iacobi usque ad portam Constanghe, et a porta albie usque ad portam sancte Marie foris portas, et ab ecclesia sancti Dominici usque ad platea comunis elevent et destruant ac devastent in totum, ut de super ipsis streatis nullum impedimentum vel incomodum habeatur. Et quod de novo super dictas streatas vel aliqua ipsarum aliquis pons per aliquam personam fieri construi seu ordinari non possit ad penam XXV librarum denariorum. In quibus contrafaciens per capitaneum supradictum communi predicto debeat condempnari qualibet vice qua contrafecerit.

Et pontes stantes ... hic sptar ...

De pupillabus non maritandis et masculis non uxorandis. Rubrica 65.

Item dicimus et ordinamus ad obviandum malitiis illorum qui plerumque pupillos soliti sunt decipere, quod nulla persona cuiuscumque conditionis existat audeat vel presumat matrimonium sive sponsalitias contrahere nec celebrare cum pupilla aliqua de civitate Fulginei sub districtus usque ad XII annos etatis dicte pupille et absque presentia et voluntate proximorum consanguineum dicte pupille tam ex parte patris quam ex parte matris scilicet unius ab utraque parte ad minus. Et qui contrafecerit in predictis tam ille qui dictum matrimonium sive sponsalitias contraxerit quam quilibet alius qui predicta ordinaverit vel dederit auxilium consilium vel favorem in C libris denariorum pro quolibet ipsorum communi Fulginei condempnetur. Et hoc capitulum sit precisum in qualibet parte sui et locum habeat in preterito presenti et futuro et legatur in consilio generali dicte civitatis in VIII dies post festum beati Feliciani proxime futurum. Item volumus statuentes quod omnibus et per omnia illud idem fiat in pupillis masculis quemadmodum supra scriptum est in pupillabus seu mulieribus.

Sollepnitas servanda in matrimoniis pupillorum et pupillarum ...

Pena contrahentium matrimonium vel sponsalia non servata forma hic tradita.

Quod nullus contrahat aliquem infirmitate gravatum de domo sua causa faciendi ipsum testari. Rubrica 66.

Item quia quondam preterito tempore circha quasdam ultimas voluntates ut plurimorum fidedignorum habet et fatetur assertio facta fore dicuntur que nec audientibus placent nec decuit fieri permictitur quoniam non testator sed succedens sibi condidit testamentum quod pro futuro tempore tollere cupientes presenti firmamus statuto quod nulla persona de civitate Fulginei vel districtu, cuiuscumque conditionis existat, audeat vel presumat aliquam personam aliqualiter infirmitate gravatam ex domo ipsius talis persone sic infirmitate detente extrahere

Extrahentes personam aliquam infirmitate gravatam de domo sua causa testandi vel aliquod instrumentum contractus vel promissionem faciendi tenentur pena extrahentis vel associantis vel adiuvantis vel sic extrahi facientis 1000 librarum.

siue exhiberi facere, et ad aliquem alium locum portare seu portari facere
causa condempnandi uel faciendi aliquod testamentum uel instrumentum alicuius pro
missionis uenditionis siue gestus alicuius rei sub quacumque forma modo
conditione fiende. Et quicumque contra fecerit tam ille qui extraxisset seu
ad exhibendum iniunxit quam qui exhiberi fecerit et adsentientes eum uel eos
in mille libr. den. pro quolibet com. Fulg. per Potestatem Ciuitatis Fulginii
infra xx. dies postquam sibi clarum fuit condempnetur. Ad quod probandum sufficiat
solummodo si testamentum uel aliquod aliud instrumentum alicuius permu
tationis uenditionis siue gestus alicuius rei ad paruerit seu uel pro
batio duorum testium qui fuissent presentes confectioni dicti talis instrumenti siue
testamenti predicti. Et nichilominus illud tale conditum testamentum uel seu
instrumentum sub quocumque titulo modo et ordine et uerborum conceptione appareret sit
auctoritate presentis capituli et statuti ipso iure nulli efficacie et ualoris. Et
bona relicta et legata in ipso tali testamento siue promissa pecunia
uel alie res aliquo modo gesta a creditore pro medietate perueniant in
dictum com. Fulg. et sint dicti com. et alia medietas distribuatur et detur
dicto com. Fulg. et sint dicti com. et alia medietas distribuatur et detur
predictum com. Fulg. locis sanctis monasteriorum ac hospitalium dicte
Ciuitatis Fulginii, nec non pauperibus et miserabilibus personis ciuitatis predicte secundum quod
placuerit dominis prioribus populi qui pro tempore fuerint et confalonerio iu
stitie populi s. dicte ciuitatis Fulg. Et eis melius uidebitur conuenire. Et notarius
qui tale testamentum seu aliquod instrumentum de predictis scripsisset aut ipsum
rogatus scribere fuisset infra xx. dies in mille libr. den. per supradictum
Potestatem dicto com. debeat condempnari et perpetuo sit infamis. Et quilibet
testis qui interfuerit in L. libr. den. com. predicto in dicto termino per potestatem
predictum similiter condempnetur. Et nichilominus ipse potestas teneatur et debeat
uinculo iuramenti et quingentarum libr. den. in quibus per sindicatorem dicti com. tempore
sui sindicatus deberet condempnari ipsas condempnationes in dicto termino facere
et ipsas exequi infra alios decem dies, et bona ipsa tali modo relic
ta uendita seu concessa seu promissa quantitates pecunie quacumque in
dictum com. in dicto termino deuenire, appellatione aliqua non obstante.
Volentes et ordinantes quod a sententiis ferendis premissorum occasione per ipsum dominum
Potestatem nulli liceat appellare. Et si appellaretur ipsa appellatio
minime admictatur. Sed ex nunc sit nulli efficacie et momenti.
Item dicimus et ordinamus quod si quis a persona infra dictam ciuitatem Fulg. uel districtus
aliquali infirmitate grauata que suum acteus testamentum conderet
aliud condempnandi ac depingendi suis uel ab aliis coniunctis personis eo
gereretur in uita uel instrumentum aliquod obligationis faciendi. Ad quod probandum
sufficiat si ipse singula que fieri uoluit ab suo monitore uel recordatore
alicui non dixerit ordinate uel si aliquid in rebus protulerit per quod
possit presumi quod de his que fecerit minime fuisset contentus quod ipsi co
sanguinei uel aliqui ipsius et ipsorum quilibet qui predicta fecerint in
eadem pena mille libr. den. per ipsum dominum potestatem similiter condempnetur
Et notarius ac testes et quilibet ipsorum in penis supra declaratis similiter
condempnentur. Et testamentum ipsum sic conditum uel instrumentum factum dicto tempore
quocumque modo non ualeat nec teneat ipso iure, sed nulli momenti sit

[Left margin, beside lines 9–12:] Contra ministros istarum prouisionum et presump
torum possit procedi per inquisitionem ut per rescript.
ff. de iniurijs l. illud. Xiij quare
merito glo. sua.

[Right margin, beside line 7:] Quod non pertinet ad testamento
fienda sit ex causis predictis

[Right margin, beside line 26:] Pena notarii qui de cetero testamentum
uel aliud instrumentum scripsit 1000
libr.

[Right margin, beside line 29:] Pena testium qui interfuerunt

[Left margin, beside lines 39–43:] Si aliquis qui aliquod testamentum fecerit
rogetur aliud facere uel aliquod instrumentum
promissionis non ualeat et si non
potest quod aliud rogare fecerit
uide hic et non contrauenire.

[Right margin, faint, struck through, beside lines 37–41:] Pena rogantium ut aliquis in
[illegible] testamentum uel aliud instrumentum
faciendum [illegible]
et [illegible] testamentum [illegible]
Et [illegible]

27v

nec efficacie valoris. Et potestas dicte civitatis Fulginei teneatur et debeat
vindicare [illegible] et pena predicta de predictis quolibet predictorum [illegible] ad-
[illegible] bis in qualibet [illegible] dicte civitatis [illegible] nulla [illegible] eidem dili-
genter inquirere et quos culpabiles invenerit punire et condempnare in penis
supradictis declaratis. // Item dicimus et ordinamus ut testamentum et ultime volun-
tates femine et filie decem annis [illegible] sic decet [illegible] testatoris vo-
luntatem totaliter exequantur quod dos relicta alicui mulieri per patrem
matrem fratrem avunculum vel amitam vel aliam quamcumque personam [illegible]
ipsi relinquentis vel aliquos consanguineos ipsius mulieris seu aliquas
quascumque personas [illegible] ipsa muliere cui dos ipsa relicta
fuit volente vel nolente non debeat nec possit et si ipsa mulier renun-
tiaret iuri suo vel pacto ipsius vel si quietaret de aliqua quantitate ipsius
dotis. Qua renuntiationem seu quietationem vel remissionem fiendam ex nunc
firmamus non obstare. Et qua vel quas auctoritate presentis capituli sive sta-
tuti volumus nulli efficacie valoris et in aliquo non teneri sed quandocumque
fore et [illegible] apparet ipsa mulier quolibet tempore dotem sibi
relictam totam absque diminutione aliqua possit petere et plenam auctoritatem
et actionem habeat et sibi competat repetendi capitulo aliquo tam statuto
[illegible] quod [illegible] loqueretur in aliquo non obstante. Et iu-
dex coram quo ipsa [illegible] fuit seu ipsius repetitio fiat teneatur et debe-
at [illegible] et penam L librarum denariorum renuntiatione seu remissione
vel quietatione predictis non obstantibus super ipsa petitione procedere et partem ipsam
que dotem ipsam diminuet vel diminuisset ad reficiendum et dandum
ipsi mulieri integram [illegible] sententia finali condempnet. A qua quidem sententia
et processu nulli liceat appellare et si appellaret super ipsa appellatione
nullatenus procedatur quam appellationem volumus et ordinamus in aliquo non
teneri. Et nichilominus ille talis qui ipsam dotem fecit diminui seu
quietari de parte ipsius vel remissionem fieri ut de operata malitia
fraude puniatur per dominum potestatem dicte civitatis Fulginei in C libr.
den. in quibus commune Fulginei debeat [illegible] condempnari. Et notarius qui de
huiusmodi renuntiatione seu remissione vel quietatione rogatus fuerit
in XXV libr. den. per ipsum dominum potestatem similiter condempnetur. Item
ut quedam consuetudo non bona que magis possit dici abusus obser-
vata usque quaque per certa monasteria dominarum que non dei amore
nec caritativo modo [illegible] ut facere tenerentur sed prohibendis
[illegible] et magnis dotibus ut ditiores sint et efficiantur puellas
tollere et subducere et tolli et subduci facere et in eorum monasteriis retin-
dere ac recludere et tenere fraudulenter et quandoque blandi-
toriis solita sunt temporibus retroactis que non ad ipsius dei laudem
et consanguineorum ipsarum utilitatis commodum vel honorem tendere [illegible]
[illegible] et e contra [illegible] puellas tollere nec subducere
vel accipere que minus nobiliter nate sint volunt et voluerint tollere
[illegible]. Que [illegible] tollere modis decentibus [illegible] presenti lege
ordinamus dicimus et firmamus quod si quod monasterium de civitate Fulginei
vel districtu aliquam puellam minorem XX annis absque quattuor

Si aliqua puella [illegible] in aliquo monasterium sine consensu [illegible] propinquiorum consanguineorum ab utraque [illegible] talis monasterii [illegible] elimosina [illegible]

consanguineorum ipsius puelle proximorum ex utraque latere ipsius puelle
actinentium expresso consensu voluntate reciperit seu tolleret et in
ipso monasterio introducta fuerit quod ipsi monasterio elimosina debita
secundum formam statuti dicte civitatis Fulginei aliquo tempore dari non debeat
nec possit. Et quod priores populi dicte civitatis teneatur et debeant vin-
culo iuramenti et pena L librarum denariorum pro quolibet nullam de ipsa elemosina
pro ipso tali monasterio consentiente facere fieri apodixam. Et si fieret
cum ... qui fuerit pro tempore quantitatem ipsam non solvere vinculo et pena
L librarum denariorum similiter teneatur. Et nichilominus nullus de civitate Fulginei
vel districtus laborare debeat aliquid possessionis monasterii supradicti contra formam
ordinamenti et tradictis facientis. Et quicumque contra fecerit in XXV libris
denariorum pro quolibet et vice qualibet condempnetur. Et unicuique ipsos contra-
facientes sit licitum accusare vel denumptiare et habeat quartam partem
banni. Et Potestas dicte civitatis Fulginei qui pro tempore fuerit vinculo
iuramenti et ad penas supra declaratas teneatur et debeat predicta omnia et
singula inviolabiliter actendere et observare et facere inviolabiliter actendi
et observari. Qui si non fecerit et in aliquo obmiserit ultra periu-
rium quod incurrat in penis predictis perdendis de comunis qui ipsum sindicaverint
debeat condempnari. Et hoc capitulum sit precisum cui nullum aliud capitulum
iam vel retro positum contradicat nec possit in aliquo derogare quod dominus
Potestas legi faciat in primo consilio faciendo tempore potestarie ipsius pena
prestiti iuramenti et XXV librarum denariorum in quibus perdendis de comunis ipsi comuni de-
beat condempnari. — [margin:] ┌ precisum

¶ Quod mulier de sua dotali pecunia [above: vel alia quacumque pecunia] licet sit filiafamilias possit posses- [margin, red:] Extra. 67.
siones emere [added:] ^ item potest pauca testari sine patris consensu item potest habitare ubi vult
[left margin:] et de dicti possessionibus patri non conceditur usufructus

Item quod mulieres viduarum et maxime filiis carentium
dotes in pecunia consistentes facilius quam si forent in possessionibus quamque pa-
rentium et quamque aliorum fraudibus et persuasionibus minuuntur
et mulieribus debite subtrahuntur, volumus et decernimus statuentes
quod huiusmodi mulieribus et earum cuilibet dotalem suam pecuniam et aliam
quam habent quantitatem pecunie habeant dummodo sint etatis XXV annorum
adminus liceat in possessionibus vel possessionem convertere in totum vel in partem
et de ipsa possessionem vel possessiones emere et ipsam possessionem vel ipsius possessiones
habere tenere et fructare et fructus de illis percipere et habere, et in earum usus
et utilitates convertere et ipsos fructus dispensare et distribuere pro earum
libito voluntatis. Nec non pro petenda et habenda dotali earum pecunia et alia
que deberentur eisdem vel alicui earum et pro aliis ipsarum negotiis ipse
ac ipsarum quelibet possint procuratorem unum vel plures facere constituere
et ordinare tam ad agendum petendum et defendendum civiliter et crimi-
naliter quam ad singulos alios actus de quibus videbitur eis et earum cuilibet
et pecuniam que deberentur eis vel alicui earum pro se ius vel de se ius de-
bitis seu alia de ea recipere et de recepta pecunia confessionem et in pre-
tarum instrumentum confessionis et quietationis cum obligatione verbis capitulis et

[right margin:] Quod mulier maior XXV annis de sua [above: dotali pecunia vel alia] potest possessiones emere licet sit filiafamilias, et eas fructificare et earum sponte percipere fructus, item potest testari pro anima licet sit filiafamilias vel in potestate ... Et vide ... 121

clausulis opportunis.

opportunis clausulis fact(is) solucio(n)ib(us) vel restitucio(n)ib(us) sine solucio(n)i
aut restitucio(n)i dictar(um) pecuniar(um). ¶ Et cetera ne bonu(m) q(uod) mulieres p(re)dicte
vellent pro a(n)i(m)ab(us) ip(s)ar(um) facere, p(er) patria(m) potestas i(m)pediat, et dicim(us)
statuentes q(uod) p(re)d(ic)tis mulierib(us) viduis carentib(us) filijs dummo(do)
sint etatis p(re)d(i)c(t)e xxv. annor(um) (et) cuilib(et) ear(um) liceat cu(m) voluerit
seu voluit de dotib(us) ear(um) pecunijs (et) bonis alijs q(ue) haberet vel
deberent ex(tra)d(ic)tis, aut alijs seu alij p(ro) eis, vel aliqua ip(s)ar(um)
testa(men)ti et relicta (et) legata p(ro) a(n)i(m)ab(us) ear(um) (et) cuilib(et) ear(um) t(ame)n s(ic)ut
p(er)tinebant vel hant facere, prout eis (et) cuilib(et) ear(um) placu-
erit. ¶ Et o(mn)ia (et) singula facienda p(er) d(i)c(t)as mulieres (et) ear(um) qualib(et)
i(n) p(re)d(i)c(t)is, et eor(um) quolib(et) (et) circha p(re)d(i)c(t)a et q(uo)dlib(et) eor(um) valeant et
plena(m) obtineant roboris firmitatem, no(n) obstante q(uod) p(at)ris
mulieris huiusmo(d)i p(re)d(i)c(t)a vel aliq(uo)d p(re)dictor(um) facientis p(ro)ptea co(n)-
sensus vel auctoritas no(n) i(n)tervenerit vel i(n)terveniat, vel habe-
atur i(n) his vel ip(s)or(um) aliquo, nec aliquo iure canonico vel civili
seu municipali, aut stat(uto) reformat(i)o(n)e p(ro)visione seu ordina-
mento, q(uod) vel que i(n) (contra)riu(m) loqueretur, quib(us) i(n) hac p(ar)te i(n)telligatur
esse ac sit derogatu(m) expresse. ¶ Insup(er) q(uia) possent p(re)d(i)c(t)a
minis et terrorib(us) leviter i(m)pediri, statuim(us) q(uod) p(ate)r, mater,
frat(er) vel (con)sanguine(us) aut affinis alicui(us) mulieris p(re)d(i)c(t)ar(um) mu-
lier(um) viduar(um) carentiu(m) filijs, i(m)p(er)iu(m) mulierem cogere, capere, de-
tinere aut molestare, aut secu(m) vel alicubi stet vel moretur
(contra) voluntate(m) ip(s)i(us) mulieris no(n) possit, neq(ue) debeat, neq(ue) cogi ea(m)
p(er) detineri vel molestari facere i(n) p(er)sona dotib(us) vel reb(us) eiusdem
mulieris. Et qui (contra) fecerit pena(m) C libr(arum) den(ariorum) ip(s)o f(a)c(t)o i(n)-
currat, i(n) quib(us) (contra) faciens p(er) d(omi)n(u)m potestat(em) vel cap(itaneum) civit(atis) Fulgin(ei)
possit et debeat ad requisitione(m) cui(us)cu(m)q(ue) petentis vice qualib(et)
qua (contra) fuit de facto sum(m)arie sine strepitu et figura iudicij
cu(m) Fulgin(ei) (con)dempn(ari), no(n) obstant(e) aliquo stat(uto) i(n) (contra)riu(m) vel retro po-
sito q(uo)d i(n) (contra)riu(m) loqueretur.

De executionib(us) faciendis

Rubrica 68

Item dicim(us) et ordinam(us) et volum(us) firmiter observari
q(uod) potestas (et) capitaneus et iudices et notarij maleficior(um) ci-
vitatis Fulginei p(rese)ntes teneant(ur) et debeant i(n)continenti
omnes (con)dempnationes quas fecerint executioni mandare (et) de ip(s)is
(con)dempnatis executionem facere hoc modo, v(idelicet): q(uod) si sententia fuit (cor)p(ora)lis
debeant ip(s)am executioni mandare sic ip(s)is officialib(us) videbi-
tur. Si aut(em) sententia fuit pecuniaria, teneant(ur) ip(s)am exequi
et (con)dempnatum sive (con)dempnatam (com)pellere ad faciend(um) solutionem
illius quantitatis pecunie, si qua fuit (con)dempnat(us) seu facta (con)dempnatio
i(n) x dies. Et si (con)dempnator(um) seu (con)dempnat(us) no(n) solvit i(n) d(ic)to
t(er)mino, q(uod) d(ic)ti officiales teneant(ur) ip(su)m punire p(ro)ut d(ic)ts potestati

¶ Mulier v(id)ua mor(tuis) vidua carens filijs pot(est) p(ro) a(n)i(m)a testari [illegible] et [illegible] p(ate)r p(ro)ius [illegible] mulieris [illegible]

¶ Mulier vidua filijs carens maior 25 annor(um) possit stare (et) habitare ad voluntatem ubi vult et p(ro)ieius p(ate)r frater mater vel (con)sanguine(us) aut affinis (contra)dicat.

preca[illegible]

vide etiam i(n) r(ubrica) 101 et 2° stat(uti) co(mmun)is l(ibro) 4 r(ubrica) 48 et r(ubrica) 104 et i(n) sta(tuto) civ(ili) r(ubrica) 84

De pena no(n) solventis i(n) x dies sua(m) (con)dempnat(ionem) q(uia) pot(est) puniri arbitrio potestatis, i(m)mo i(m)ruq(ue) debeat puniri i(n) quarto plurij, ut i(n) stat(uto) co(mmun)is l(ibro) 4 r(ubrica) 48 et r(ubrica) 84

[illegible] hoc (et) illud statutu(m) iur(is) no(n) valet q(uia) [illegible] i(n) fraude(m) appellat(ionis) [illegible] (con)stitutio [illegible] poste(a) li(bro) 6 r(ubrica) 180 [illegible]

¶ R(ubrica) no(ta) hic q(uod) executio (con)dempnatio(n)is i(n) p(er)tinacie pot(est) fi(eri) i(n) x dies et sic i(n) t(em)p(o)r(e) appellandi q(uo)d f(ieri) no(n) d(ebet) et no(n) valet q(uia) (con)appellat(i)o et i(n) [illegible] (et) [illegible] et q(uod) fiat i(n) x dies vide aliud statutu(m) r(ubrica) 101 i(n) p(rincipio). S(ed) no(n) obstat q(uia) t(em)p(u)s appellatio(n)is i(n) criminalib(us) e(st) v. dies, et sic no(n) e(st) i(n) t(em)p(o)r(e) appellandi ut i(n) stato civ(ili) l(ibro) 4 r(ubrica) 84. R(ubrica) no(n) obstat (et) q(uia) nihilominus possit appellari (et) iudicatu(m) suspendi vel i(n)totum tolli (et) sic no(n) curret illud t(em)p(u)s. Et vide aliud statutu(m) i(n) r(ubrica) 101

Capitanei et iudicibus ipsorum in delicto considerata qualitate delicti
ad hoc ut malitia non remaneat impunita ¶ De hiis qui fuerunt
infamati de aliqua questiuncula tempore maiorum consulum et Corradi Rubrica 69.

Item dicimus et ordinamus quod nullus qui ex civitate Fulginei
exivit et diffamatus fuit tempore olim maiorum consulum qui
eligebantur in dicta civitate Fulginei usque ad expulsionem ne-
phandissimi Corradi de Anestasiis de aliqua questiuncula
vel aliquo quocumque excessu seu processu facto ex officio vel de officio
consulum artium dicte civitatis possit puniri aut gravari nec absentia
eorum preiudicet eis sed eorum iura in totum sint illesa per ceteros
officiales civitatis Fulginei. Et quod sint in eo statu in quo erant
ante exitum ipsorum quem fecerunt de ipsa civitate. Et sint condepnationes
et exbandimenta ac processus contra ipsos et quemlibet ipsorum facti et facte sint
nulli et nulle et nullius valoris et processus et scriptis ac nullius
valoris totaliter habeantur. ¶ Item quod cum certi de maioribus dicte
civitatis Fulginei fuissent gravati et oppressi ac condepnati in here
et personis tempore supradicto per eorum iniquitatem contra deum et iustitiam quod omnes
sint processus et exbandimenta, stantiamenta et quecumque alie
scripture que appareret tempore supradicto facte contra eundemque per sanam
?? questiuncule ac status mutationes qui tunc erat in civitate
predicta seu proditores eidem fiant casse et vane et nullius valoris
ac momenti.

¶ De viis factis et faciendis per officiales communis Rubrica 70.

Item dicimus et ordinamus quod omnes vie que sunt facte per officiales communis Fulginei
ac et faciende in posterum in civitate et districtu Fulginei debeant
conservari et nullus de dicta civitate seu eius districtu vel etiam ali-
unde audeat de dictis viis vel aliqua ipsarum aut aliquibus aliis quibus-
cumque adprehendere nec foveam aliqua facere iuxta ipsas vias
vel aliqua ipsarum nec in aliqua parte ipsarum vel alicuius earum diminuere.
Et si quis de dictis viis vel aliqua ipsarum aut aliquibus aliis appre-
henderet vel foveam iuxta ipsas vel aliqua ipsarum fecerit teneatur
infra tertiam diem a die bandimenti dimictere et foveam replere. Et
nichilominus condepnari debeat per dominum Capitaneum pro quolibet et vice
qualibet in decem libris denariorum pro pena. Et dictus capitaneus teneatur et debe-
at predicta bandiri facere singulis mensibus semel vel bis et pena xxv.
librarum denariorum in quibus sindicus dicti communis ipsi communi debeat puniri si dictus
si predicta non duxerit ad effectum. ¶ Item quod nulla persona audeat
vel presumat terrenum existens in via sive strata qua itur versus
Spellum et in strata qua itur ad collem Floritum seu aliquem ipsorum
guastare destruere seu dissipare vel frangere. Et si qua contra

pena de guastantibus vias seu stratas et vias earum [illegible] pena 3

pena de guastantibus stratam qua itur Spellum et qua itur ad collem Floritum [illegible] pena [illegible]

29v

fecerit puniatur pro qualibet vice .L. libr. den. in quibus per capitaneum
dom. condempnetur ordo. Et si dictum condempnatorum solvere non poterit ad for
tiam comunis fulginei pervenerit manum sibi abscindatur in tres dies postquam
in fortiam comunis predicti pervenerit debeat amputari. // Item quod ces
vie sup adprehensis ex portam vice comitum a domo domini Francisci
domini Farratis usque ad molendinum Manoua comunis et sancti Salvatoris ex
... et terminetur. Et predictus dominus capitaneus teneatur facere
fieri in mense sui regiminis sub pena periurii. a .C. libr. den. de suo salario.
// Item quod si aliquis dimisit seu perdidit aliquid terreni pacta
toe alicuius strate seu vie et remansit aliquid de via fossatum vel
terrene antiquo dicti comunis iuxta dictam viam novam quod liceat illi qui perdidit
ipsum terrenum comunis predicta recipere quantum perdidit in strate tenuta et cor
poralem possessionem ipsi rei sue auctoritate non obstante si esset ab alio qui non
perdidit de terreno aliquid in via predicta aliqualiter adprehensum. Et tal
adprehensor in iuste teneatur et debeat relapsare ipsum terrenum sic ap
prehensum illi qui suum admisit occasione predicta ad penam .XXV. libr. den.
in quibus per capitaneum condempnetur.

De stratis in quibus funarii laborare non debeant   Rubrica .71.

1 Item dicimus et ordinamus quod nullus funarius possit nec
debeat ponere carrum sive tornecta occasione faciendi
aliquam funem nec aliquod opus fiat per aliquem funa
rium de dictis funibus in extendendo dictam artem in stratis in
fra scriptis s. a domo filiorum Fordenolic domini Filippi usque ad por
tam abbatie et a porta sita iuxta domum filiorum domini Stefani usque ad
ecclesiam sancti Feliciani et a porta sancti Jacobi ab aqua usque ad portam
sancti Costantii et a porta sancti Claudii usque ad portam abbatis ob
hoc ut non impediantur dicte strate. Et apotece stantes iuxta ipsas stra
tas. Et si quis contra fecerit in predictis solvat nomine banni vice qualibet
.C. s. den. Et liceat unicuique contrafacientem accusare et habeat medie
tatem banni et nomen accusatoris teneatur secretum.

Quod nullus audeat turbare presentem bonum statum   Rubrica .72.

1 Item dicimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel presumat
dicto vel facto vel alio modo tractare vel aliquid dicere vel facere
palam vel occulte directe vel indirecte aut per oblicum
quod immutetur presens bonus status civitatis fulginei. Et qui contra fecerit puni
atur arbitrio potestatis et capitanei qui potestas et capitaneus arbitrio stet
... contra predicta vel aliquod predictorum sit per aliquem aliquid factum dictum or
dinatum vel presumptum. Et hoc capitulum sit precisum in qualibet parte sui Et
predicti potestas et capitaneus in dicto ... et pena mille libr. denar. tene
antur et debeant istud capitulum inviolabiliter observare. Et quolibet mense
de predictis inquisitionem facere ad petitionem et denuntiationem cuiuslibet petentis

Et si pactator vel reductione vie vel strate aliquis perdiderit de
suo terreno quod possit sua auctoritate capere de illa via antiqua quod dimit
titur et si alius illud terrenum prius cepit ...

Vide statutum ... h.

Vide statutum ... ubi sunt pena
capitis ... publicorum bonorum
~~Et vide ...~~
~~...~~ 97 . 105 . 214
~~...~~

308

et testes recipere nominatos a denuntiatoribus teneatur secundum nullo capitulo vel constitutione contradicente.

De molendinis olivarum — rubrica .73.

Item dicimus et ordinamus quod quicumque de civitate Fulginei vel districtu habet aliquod molendinum olivarum in dicta civitate Fulginei vel districtu, ille qui habet molendinum in civitate solvat quolibet anno communi Fulginei pro quolibet molendino .xx. librarum denariorum pusillorum. Et hic teneatur puteum in domo in qua erit dictum molendinum in quo quidem puteo aqua que exiget occasione olivarum macenatarum quando macenantur intret et decurrat in ipsum puteum ita quod aqua predicta non spargatur per civitatem Fulginei. Si non habuerit molendinum olivarum extra dictam civitatem solvat communi predicto pro quolibet molendino quolibet anno decem libras denariorum pusillorum. // Item quod quilibet qui macenabit olivas debeat ipsas macenare sine aliquo pretio et debeat ipsas ponere et macenare ad voluntatem illius cuius fuerint olive predicte. Et hic debeat pertichiam longam septem pedes ad minus vel maioritatem non ad bannum solutionem minime teneatur. Et si quis contrafecerit in .C. solidis denariorum inter quolibet communi Fulginei condempnetur. Et capitaneus populi civitatis Fulginei teneatur et debeat de predictis et quolibet predictorum inquisitionem facere in mense uno et pena .xxv. librarum denariorum in qua si non fecerit per syndicum dicti communis ipsi communi debeat condempnari. // Item quod nulla persona de civitate Fulginei vel districtu possit nec debeat ire ad macenandum olivas ad aliquod molendinum alicuius qui non respondeat seu solverit dicto communi dictam quantitatem sicut alii solvunt et respondent et qui contrafecerit in supradicta pena .C. solidorum denariorum dicto communi debeat condempnari. Et capitaneus populi qui pro tempore fuerit teneatur et debeat predicta facere bannire in octo dies a principio sui regiminis. Et quilibet possit contrafacientes accusare et habeat medietatem banni et nomen accusatoris teneatur secretum. // Item quod capitaneus populi dicte civitatis teneatur et debeat qualibet ebdomoda bis durante tempore macinationis olivarum mittere unum ex suis notariis ad molendina dicte civitatis qui notarius inquisitionem faciat contra tenentes molendina predicta tam in civitate quam in districtu predicto de omni eo quod in hoc capitulo continetur. Et quos invenerit contra facientes puniat et condempnet in pena predicta. Et predictus capitaneus super dictis teneatur facere adimplere in uno mense vel circa et sub pena .xxv. librarum denariorum. // Item quod in vendendo vinum mezinghi oley et alii de supra nulla anxilia sive iunta fiat nec fieri possit publice vel occulte et si contrafactum fuerit tam vendens quam emens in .C. solidis denariorum dicto communi debeat condempnari. // Item quod supradicti habentes molendina olivarum habeant et hic teneantur et debeant fiscellas amplas et largas in bocchis uno semisse ad mensuram unius hominis et non plus. Et quod vites dictorum molendinorum sint et esse debeant torniate equaliter ita quod sic tumuli qui volunt per ipsas vites possit volvi bene et comode usque ad banchum in quo ipse

Et si pena prima ... predictis ... ad macinandum ad molendina ... f. 74

ncies extant in fixe siue clauate. Et si per dictos homines dicta molendi-
na olivarum macinandas fuerit in predictis vel aliquo predictorum in ali-
quo contrafactum in C s. den. pro quolibet et vice qualibet dicto comuni debeant
condempnari. Et capitulum supradictum et ordinationem exigere per comune. ¶ Et
ut predicta et quelibet predictorum sine fraude et dolo procedant ordinamus
et dicimus statuentes quod priores populi dicte civitatis qui erunt tempore co-
llectionis olivarum eligant tres bonos et legales homines de dicta ci-
vitate Fulginei videlicet unus pro quolibet terzerio. ¶ Qui tres boni et le-
gales homines sic eligendi sint et esse debeant de ordine priorum pro-
ratorum civitatis Fulginei. Et qui fuerit ad dictum offitium uno anno
videlicet tempore collectionis et macinationis dictarum olivarum ad eundem o-
ffitium usque ad tres annos proximos tunc sequentes eligi vel reassumi
nisi elapso termino nullo modo possint. Et habeant et habere debeant
de pecunia et avere dicti comunis a camerario ipsius comunis pro eorum salario .4. libr.
den. pro quolibet ipsorum trium bonorum et legalium hominum predictorum. Qui
tres sic electi et quilibet ipsorum teneantur et debeant in manibus
notariorum reformationum dicte civitatis iurare ad sancta dei evangelia co-
rporaliter manibus tactis scripturis eorum et unusquisque ipsorum offitium
facere et exercere bona fide omni fraude et dolo remotis. Et non
possint nec debeant ipsi nec aliquis ipsorum comedere nec bibere
cum aliquo qui habeat molendinum olivarum vel partem in illo nec
aliquod exenium in pecunia sive rebus aliis ab aliquo occasione et pretex-
tu dicti sui vel eorum offitii recipere nec recipi facere pena pro facto vel con-
tra dictis singulis pro capitulo ipsi supradicto dicto comuni contrafaciens pu-
niatur .25. libr. den. Et hoc locum habeat tam in exenientibus quam in con-
venientibus recipientibus. Qui tres boni et legales homines de cor-
sensu ipsorum recipientis sive de hominibus qui recolligant predictas olivas
dictorum priorum predictorum et habeat vel habeant auctoritatem et bayliam ordi-
nandi bona ... Et habeat vel habeant ... et baylia ordi-
nandi sacchettas et stangas sive tres et scrufulos et alia utilia
et necessaria molendinis predictis. Et facere novum et ordine statu-
endum et ordinandum in molendinis predictis et circa ipsa molen-
dina per dictos tres bonos et legales homines sic facta et fiat non
obstantibus ordinibus supradictis per presens capitulum statutum quod si qua
persona non servaverit et integraliter non adimpleverit ea que
per dictos tres bonos et legales homines statuentur et ordinabuntur
et fient circa molendina predicta puniatur ut supra in dicto ca-
pitulo continetur. Et nullus ex dictis tribus hominibus eligendis esse possit
nec debeat qui habeat molendinum olivarum nec partem in molendinis.

De turpitudine non proiicienda in carbonariis et in carbonarias comunis. Rubrica 74.

Item dicimus et ordinamus quod nulla persona cuiuscumque conditio-
nis existat proiciat seu proici faciat bruttamen letami-
nis seu aliquid sozzum vel turpe in aliqua via carbonariis
novis, id est nec carbonariis veteribus civitatem Fulginei nec po-
nat lapides aliquos ad vendendum a dictis carbonariis usque ad
ecclesiam sancte Marie Madalene videlicet a dicta ecclesia usque ad pontem lapi-
deum deforis iuxta muros dicte civitatis. Et quod nullus in carbonariis

fulgis in aliqua via publica nec in viis vicinalibus ponat vel po-
ni faciat letamen seu turpitudinem. Et qui contra fecerit
in predictis vel aliquo predictorum solvat nomine banni dicto comuni vice
qualibet x. solidos denariorum parvorum. Et quilibet possit contra facientem accu-
sare et habeat medietatem banni et nomen accusatoris teneatur
secretum. ¶ Item quod quilibet quolibet die sabbati te-
neatur et debeat purgare ante domum suam et elevare exinde
rumentum quod erit ibi. Et qui contra fecerit solvat nomine
banni vice qualibet v. solidos denariorum. Et capitaneus teneatur iuramento
et pena xxv librarum denariorum de suo salario quolibet die dominico
mittere unum ex nunciis suis per dictam civitatem ad inquiren-
dum predicta seu de predictis. Et quolibet die sabbati facere pub-
lice bandiri per dictam civitatem in omnibus locis consuetis quod
quelibet persona teneatur et debeat observare predicta. ¶ Salvo
et reservato quod quicumque muraret vel murari faceret
seu murari faceret aliquam domum seu aliquid aliud opus
faceret vel fieri faceret in ipsa domo quod possit tenere lapi-
des lignamina arenam calcinam et maltam donec compleverit
dictam domum seu dictum opus. ¶ Item quod nulla persona debeat
habere purcatum vel scarquatorium quod vadat vel discur-
rat in flumine topini nec in viis publicis vel vicinalibus.
Et qui contra fecerit utendo ipsis in xx. solidos denariorum comuni fulgis
vice qualibet qua contra fecerit per ipsum capitaneum condempnetur.
Et quilibet possit contra facientem accusare et habeat me-
dietatem banni et stetur iuramento accusatoris et nomen
ipsius teneatur secretum. ¶ Item quod nulla persona audeat
vel presumat ponere seu poni facere per publicas seu vicinales stra-
tas reales per v. mezingas bruciamen seu letam-
en. Et qui contra fecerit solvat vice qualibet c. solidos denariorum
parvorum comuni predicto. Et quilibet possit contra facientem accusa-
re et habeat medietatem banni et nomen accusatoris te-
neatur secretum. Liceat tamen cuilibet ponere et
poni facere et tenere letamen et quodlibet aliud brucia-
men in campo suo seu possessione sua quamcumque sine
contradictione alicuius auctoritate presentis capituli. Et quod nullus
in carbonariis primis comunis fulgis habeat nec habere de-
beat aliquam proprietatem in meta et ponendi vel tenen-
di aliquod genus bruciaminis seu letaminis pena xx.
solidorum denariorum. In quibus contra facientes comuni fulgis per capitaneum presidentem fu-
lginatis debeant condempnari. Et custodes cuilibet pote-
statis fulgis iuramento et pena x. librarum denariorum pro quolibet

teneantur et debeant denuntiare domino capitaneo supradicto contra fa-
cientes in predictis vel aliquo predictorum et habeant me-
dietatem banni. Et predicti capitanei pro civitatis Fu-
lginei initio mensis teneantur et debeant facere pu-
blice bandiri per dictam civitatem in locis consuetis
in principio sui regiminis. Et nullus audeat vel pre-
sumat aliquam bestiam sanguinare in stratis vel viis
publicis in dicta civitate Fulginei pena trium librarum denariorum
pro quolibet et vice qualibet. Et quilibet possit
contrafacientem accusare et habeat medietatem banni et
nomen accusatoris teneatur secretum. Et predicta po-
testas eodem modo teneatur initio mensis in principio sui
regiminis facere publice preconizari per dictam civitatem.
Et nulla persona possit nec debeat habere aliquam
fossam intra vel prope muros civitatis Fulginei in vel extra ipsos
muros per iiii. merenghas pena 100. solidorum denariorum. In quibus
contrafaciens per potestatem vel capitaneum debeat civitatis predicte con-
demnari. Item quod bruttamine quecumque portatum extra po-
rtam Sancti Iacobi ab aqua portetur et portari
debeant per illos qui portant seu adducunt ipsum
bruttamen ad vectuream ad arcatuream seu gua-
dum arcature molendinorum civitatis qui est prope seu
iuxta ortum domini Ugolini Nalli de Trinciis de Fulginei
pena x. solidorum denariorum pro quolibet. In quibus contrafaciens civitatis Fulginei vice
qualibet debeat condemnari. Et custodes porte Sancti Ia-
cobi pro tempore teneantur et debeant initio mensis contrafacien-
tes accusare et habeant medietatem banni. Salvo quod si
aliquis portaverit bruttamine ad campum seu possessionem
ipsius vel alienam per dictam portam ad dictum bannum mini-
me teneatur. Que omnia predicta potestas et capitaneus ban-
diri faciant in octo dies a principio eorum regiminis ad hoc
ut homines non pretendant ignorantiam de predictis. Ro-
borantes etiam et presentium statuto firmantes singula capitula
scripta in volumine statuti civitatis predicte tractantia
de mattatis de quibus in dicto presenti capitulo fit descripta ipsaque
capitula statuti civitatis predicte habere volumus roboris firmita-
tem ac si per nos ipsos facta essent et apposita in presenti
capitulo facientia ad materias supradictas.

De pretio dando consulibus iudicum et notariorum — Rubrica 75

Item dicimus et ordinamus quod camerarius civitatis

fulginie qui pro tempore fuerint duobus diebus ante festum nativitatis domini nostri yhesu xpi teneantur et debeant dare et cum effectu assignare consulibus collegii iudicum et notariorum civitatis fulginie qui erunt pro tempore quolibet anno sex libras piperis solvendas et emendas per ipsum camerarium de pecunia et avere comunis predicti.

De habitantibus in pertinentiis alicuius sotietatis. Rubrica .76.

Item dicimus et ordinamus quod omnes habitatores in pertinentiis alicuius sotietatis civitatis fulginie teneantur et debeant facere custodiam ad petitionem consulum illius sotietatis in qua seu in cuius pertinentiis habitant. Et omnia onera subeant et substinere debeant dicti habitatores ut homines illius sotietatis in cuius pertinentiis habitant tam realia quam personalia. Item firmamus et volumus statuentes quod unaqueque sotietas civitatis fulginie sit et esse debeat et stare et esse contenta suis habitationibus et finibus consuetis pena et banno .100. solidorum denariorum pro quolibet. In quibus sotietas contrafaciens seu consules ipsius sotietatis et ipsi sotietatis nomine per capitaneum populi civitatis predicte civitatis fulginie condempnetur.

Item quod quelibet persona cuiuscumque conditionis existat que moraretur seu moram traheret vel faceret in aliqua sotietate civitatis fulginie aut in aliquo castro seu villa comitatus eiusdem civitatis per octo menses vel duas partes anni teneatur et debeat facere omnes et singulas factiones reales et personales in eadem sotietate aut sindicatu in qua vel quo dictam moram dicto tempore traheret vel faceret. Et ad alias factiones alibi aut in alio loco faciendas minime teneatur nec possit de aliquo cogi occasione predicta.

Quod habitantes in pertinentiis alicuius sotietatis in illa ... in qua habitant [illegible] / et statuta civitatis . K / .52. h.3.

Quod habitans in aliqua sotietate civitatis vel castro seu villa comitatus per octo menses vel duas partes anni ibi faciat factiones et non alibi.

De custodia civitatis fulginie. Rubrica 77.

Item dicimus et ordinamus pro meliori statu civitatis fulginie et ut comune et populus ipsius civitatis in tranquillitate et statu pacifico perseveret et semper de bono in melius augumentetur et ut malefactores latrones et fures et volentes committere furta et malitias et rapinas et alia facinora timeant et boni semper floreant et vigeant et securius acquiescant quod custodia civitatis et districtus fulginie fiat et fieri debeat per homines et personas civitatis et comitatus fulginie continue de

Singulis noctibus fiat custodia civitatis et quo ordine ... et per quos ... [illegible]

dicte et denotetur ad postas et portas et in plateas et circumcir-
ca muros dicte civitatis fulginei intus et extra prout prioribus
et confalonerio populi dicte civitatis fulginei videbitur convenire. Et
quod dicta custodia fiat modo quo sequitur scilicet per homines de dicta ci-
vitate a kalendis mensis maii usque ad kalendas mensis
novembris. Et per homines de comitatu predicto a kalendis mensis
novembris usque ad kalendas mensis maii. Et quod custodiam
predictam facere teneantur quilibet qui moratur et habitat
in dicta civitate et comitatu dummodo ad dictam custodiam
faciendam non cogantur minores sexdecim annis et
maiores etatis septuaginta annorum. Et de etatibus
supradictis predictorum scilicet illorum qui dicerent esse minores
sexdecim annis sistetur sacramento patrum vel matrum
aut prudentie officialium qui erunt super dicta custodia.
Et illorum qui dicerent esse etatis septuaginta annorum
et ultra sistetur credatur eorum iuramento vel arbitrio officialium predictorum — prudentie
Volumus et confirmamus quod si in una eademque do-
mo essent quatuor homines et ab inde supra et staret seu
facerent unum focum et ad unam vitam quod unus ipsorum
sit exemptus a custodia supradicta. Et ad ipsam custodiam
faciendam minime cogi possit. Et si quis cui preceptum
fuerit ipsa custodia per aliquem officialem cui commissum
fuerit ipsum officium non fecerit ipsam custodiam in v solidis
denariorum puniatur pro qualibet vice qualibet commictat si fuerit
pedes. Si vero de equitibus cavallate vel ex ... pro
qualibet vice et qualibet in x solidis denariorum puniatur commictens comuni
predicto et plus et minus ad voluntatem et arbitrium
capitanei seu officialis qui fuerit super dicta custodia
deputatus. Et quod ad dictam custodiam faciendam
quilibet possit et sibi liceat mictere scambium sufficien-
tem. Et sufficiens intelligatur ut videbitur dicto offi-
ciali. Item quod omnes custodes predicti teneantur et debeant
venire ad palatium domini capitanei et se presentare coram
officiali predicto hora qua campana pulsabitur pro dicta
custodia. Et si quis se non presentaverit in dicta hora
solvat comuni predicto v denariorum. Item quod custodes predicti te-
neantur ire ad postas suis locis ad quas vel quem eis iniun-
ctum fuerit suis temporibus et intervallo ad penam duorum solidorum denariorum
pro qualibet vice et qualibet. Et ad dictas postas suis locis

Scambium sufficientem

ad quas vel quod dicti custodes missi sunt porte fuerit teneantur stare et morari usque ad campanam communis que pulsat de mane et minime discedere. Et si quis contrafecerit solvat penam predictam. Si vero se absentaverit et ad dictam postam sibi assignatam non redierit solvat communi predicto .v. solidos denariorum pro vice. Qui sibi auferantur de facto. Et quod sit licitum uni ex duobus custodibus portis ad aliquam postam dormire dummodo alter vigilet. Et si alter predictorum qui vigilare debet fuerit inventus dormire solvat nomine banni .v. solidos denariorum.

Item teneantur custodes predicti omnes personas quas invenerint post tertium sonum campane communis que pulsat de sero capere et ad palatium capitanei seu potestatis ducere et presentare eorum curie ad penam .x. solidorum denariorum pro qualibet vice qua non fecerint et qualibet persona sic inventa quam non duxerint. Et si aliqua persona aufugerit et non permiserit se capi et duci condemnetur per officiales predictos in .x. libris denariorum et plus et minus ad arbitrium dictorum officialium considerata conditione persone et facti. Et dominus capitaneus seu alius officialis quicumque deputatus ad ipsam custodiam faciendam teneantur et debeant contrafacientes in predictis vel aliquo predictorum punire et condemnare in penis predictis et pluribus et paucioribus ad eorum voluntatem et arbitrium et de facto sine aliqua sollemnitate et scriptura. Et bannum seu condemnationem in proprium communis predicti mictat facere prout eidem capitaneo seu dicto officiali super custodia deputato videbitur convenire.

Item quod dominus capitaneus habeat liberum et generale arbitrium et specialem et generalem bayliam et iurisdictionem circa dictam custodiam et in hiis et circa predicta que ad dictum officium spectabunt. Et non possit per potestatem vel per alium officialem contra eum aliquo quod in dicto officio duxerit faciendum sub pena .100. librarum denariorum pro vice pro quolibet et vice qualibet in quibus per successorem vel successores debeat condemnari communi predicto. Et presens capitulum volumus omnibus aliis capitulis statutorum tam populi quam communis et reformationibus consiliorum generalis et specialis civitatis predicte et arbitriis concessis et concedendis eisdem potestati et capitaneo vel alteri eorum prevalere.

Item quod in omnibus et singulis penis in presenti capitulo contentis et ubi de penis fit aliqua mentio semper intelligatur plus et minus ad arbitrium et voluntatem capitanei populi dicte civitatis Fulginei vel alterius qui

Quod officialis custodie habeat merum (?) ... offitii plenum arbitrium et baliam

cet officialis pro dicto comuni super custodia civitatis predicte.
¶ Item quod nullus forensis qui venerit ad habitan-
dum in civitate et districtu Fulginei possit nec de-
beat per aliquem officialem dicti comunis gravari in ali-
quo occasione dicte custodie nec ad ipsam custodiam
faciendam cogi .i. duos annos computandos a die quo
venerit ad habitandum in dicta civitate vel distri-
ctum eiusdem civitatis. ¶ Item ordinamus firmamus
et decernimus statuentes quod si contingat aliquam personam
velle transire et transiret per murum seu muros volunta-
tem alicuius custodis seu custodum porte seu porta-
rum et quorumcumque officialium deputatorum super custodia
civitatis predicte ad aliquam portam seu ad aliquem locum
ad custodiendum quod eidem custodi seu custodibus super-
dictis liceat et licitum sit ipsum talem vel tales mo-
do supra transire volentes et transeuntes capere tenere
in persona et gravius offendere in persona ipsius aut ipsorum sine pena
et banno. Salvo semper et reservato quod eum vel eos dicto modo
transire volentes et transeuntes in tali facere non possit.

et usque ad noctem et conclusione

De scripturis dandis ad exemplandum — Rubrica 78

Item dicimus et ordinamus quod camerarius comunis Fulginei pre-
sens et futurus teneatur et debeat dare et prestare libros et quater-
nos comunis Fulginei ad exemplandum et acta et scripturas ad peti-
tionem illius ad quem pertinebit scriptura et cuicumque notario
sibi placuerit ut quilibet possit et valeat per se quam melius sua.
Et si predictus camerarius predicta facere contempserit pro qualibet vice in
centum libris denariorum pro usu comunis Fulginei debeat condempnari. ¶ Item quod
notarii potestatis et capitanei et alii officiales dicte civitatis modo et pro tempore
et pena .100. librarum denariorum pro quolibet et vice qualibet in quibus si
contrafecerit per sindicum dicti comunis ipsi comuni debeant condempnari teneantur
et debeant exibere acta et scripturas que et quas scripserint
durante eorum officio et que reperirentur et erunt in libris dicti comunis
qui erunt penes eos ad petitionem et requisitionem cui-
libet de civitate Fulginei et districtu ad quam personam talia
acta seu scripture pertinerent. Et notarii dicte civitatis
Fulginei uni vel pluribus ut de ipsis scripturis et actis copiam
sumant ac exibeant dicto tali ad quem ipse scripture per-
tinerent sine aliquo pretio vel mercede. Et supradicti notarii
potestatis seu capitanei et alii officiales copiam aliquam de scri-
pturis predictis sumere ac summi aut exhibi facere non

promittit nec debeat ad penam predictam nisi ut supra
continetur.

De turpitudine non proicienda per contratas. Rubrica .79.

Item dicimus et ordinamus quod nulla persona in civita
te fulginei proiciat aliquid bruttume seu turpitu
dinem aliquam per aliquod angulum seu fenestram
nec aquam vel turpitudinem aliquam faciat in stratis
seu viis publicis aut vicinalibus seu proiciat de pang
ulo seu fenestra seu alio loco aut quocumque modo nec
portet manualiter vel portari faciat. Et qui contra fe
cerit in xl. solidos denariorum communis fulginei pro quolibet et vice qualibet con
dempnetur. Et si predicta aqua bruttume seu turpitudo
caderet vel laberetur super dorsum vel pannos alicuius in
tribus libris denariorum communis fulginei condempnetur. Et quilibet possit contrafa
cientem accusare et habeat medietatem banni et teneatur
in secreto accusatoris. Et nulla persona de die vel de nocte
aliquam turpitudinem proiciat in domo vicinorum suorum
seu vicinorum suorum. Et qui contrafecerit in xl. solidos denariorum vice
qualibet condempnetur. Et quilibet possit contra facientem accu
sare et stetur in secreto ipsius accusatoris et nomen ipsius teneatur
secretum. De nocte vero post tertium sonum cam
pane liceat unicuique proicere aquam de pangulis et
non aliam turpitudinem dummodo tribus vicibus clamet
dicendo cavete vobis rare non. Item quod nulla perso
na que retineret hospitium in civitate fulginei vel moraretur
aut esset in ipso hospitio seu que faceret in aliqua do
mo aut loco alio suzuram bruttutam et aliam
turpitudinem in aliqua strata seu via dicte civitatis
fulginei. Et si contrafecerit pro qualibet vice et qualibet persona
in .100. solidos denariorum pro ... capitis dicte civitatis communis fulginei
condempnetur. Et cuilibet sit licitum contra facientes in pre
dictis denuntiare et habeat medietatem banni. Et nichilo
minus capitaneus supradictus seu eius officiales te
neantur inquirere de predictis quolibet mense et quos invene
rint culpabiles punire et condempnare in penis supra ius
declaratis.

Ut homines de Valle et Carpello teneantur habitare in burgo sancti Eraclii. Rubrica .80.

Item dicimus et ordinamus quod omnes ille persone de
Valle et Carpello qui olim fecerunt et fieri fecerunt
domos in burgo sancti Eraclii infra mensem post festum

34v

bus fideliter teneantur et debeant ad dictum burgum seu
locum redire ad habitandum cum eorum familiis et ibi
dem moratum et habitatum cum dictis eorum familiis de
die et de nocte. Et quotiens contrafecerint in 25 libr. den. pro quolibet
pro capitulo supradicto comuni fulginei condempnetur. Et nichilominus
teneantur redire et morari et redire et morari et habitare
in dicto burgo. Et capitaneus civitatis fulginei teneatur pro se
sub pena 100 libr. den. pro quolibet de predictis facere inquisitionem quo
libet mense semel ad minus. Et quos invenerit cu
lpabiles punire et condempnare in penis predictis. Ac teneatur
predictos facere iurare ad sancta dei evangelia corpo
raliter tactis scripturis ut dictum est scilicet de habitan
do continue in dicto loco. Et a quolibet ipsorum recipiat
fideiussores de 100 libr. den. de observando predicta. Et
si quis ipsorum venderet domum suam faciat aliam
in eodem burgo in qua possit cum sua familia habitare
continue ad penam superius notatam. ¶ Item quod quilibet
predictorum teneantur et debeant omni exceptione remota dare
et solvere pretia casalenorum et possessionum quas capiunt secundum
extimationem olim de ipsis factam per Jacobum Johannis
Jacobum Michaelis et magistrum Petrum Massey illis
quorum fuerunt. Et capitaneus populi possit [illegible] teneantur
predicta facere observari infra x dies postquam petitum fuerit
contra eo capitulo aliquo statuti tam populi quam comunis quod in
contrarium loqueretur non obstantibus ante vel retro positum.
¶ Item dicimus et ordinamus quod capitaneus populi supradictus tene
atur et debeat de pecunia comunis fulginei dictis hominibus qui
habitant in burgo predicto facere satisfieri de dampnis do
morum que fuerunt eis de guastate in dictis villis secundum quod
hactenus extimate fuerunt capitulo aliquo non obstante.
Et predicta omnia capitaneus et omnes officiales sine diminutione
aliqua teneantur et debeant observare et observari facere
sub pena periurii et L. libr. den. in quibus per sindicum
dicti comunis fulginei ipsi comuni debeant condempnari. Et nullus ad
vocatus vel alia persona audeat vel presumat contra
aliquo officiali contra predicta vel aliquid predictorum advocare
vel aliquid dicere vel contra predicta vel aliquid predictorum dare con
silium consilium vel favorem publice vel occulte et contra
facientes in 100 libr. den. comuni fulginei condempnetur. Et de

pdcas capitls et ius officiales no possint petere absoluti-
onem sb pena supius notata. ¶ Item qd potes ppti
ciuitatis fulgi post 2. vel 3. tenerant et debeant dare
operam efficacem qd pdcta oia et singula ꝑ supdictum
capitlm et ius officiales integre obsuentur. Et si no fe-
cerint in 100. libr den. ꝑ sb sequentes potes condebeant
com. fulgi condempnari. Et hoc capitlm sit precisum cui nul-
lum aliud capitlm an vel retro positum possit in aliquo
derogare.

¶ De stracquatoriis no habendis — Rubrica .81.

Item dicimus et ordinamus qd nulla ꝑsona cuiuscumque condi-
tionis existat possit nec debeat hre stracqua-
torium vel necessarium in via publica vel viculis et
qui contra fecerit soluat noie banni .100. ß den. Et potas
et capitls et quilibz ipo~ ad petitionem cuiuscumque peten-
tis teneantur facere claudi et removeri talia stracqua-
toria et necessaria i. xv. dies postqm fuerit requisitus. =
¶ Et qd nulla ꝑsona in aliquo burghiciolo pheciat
brutamen seu aliquam aliam turpitudinem. Et siquis
contra fecerit in tribus libr den. com. fulgi incurrat qualibet vice
vice. Et potas et capitls et quilibz ipo~ et ipo~
officiales teneantur ad petitionem cuiuscumque petentis
facere fieri canale in dcis burghiciolis et remundari
ipos burghiciolos Et facere fieri omes et singulas no-
vitates factas in preiudicium alicuius ꝑsonis novas et ve-
teres expensis ipoibus i. x. dies postqm petitum fuerit pena
50. libr den. ꝑ quolibz dcto~ officialium qui in pdcis
fuerit negligens vel remissus et pdcta fieri no fecerit.

¶ Qd rectores artium possint ee de qualibz arte duo — Rubrica .82.

Item dicimus et ordinamus qd rectores artium ciuitatis
fulgi sint et ee possint de qualibz arte duo
Et hoc si ars excedit numerum .xx. hominum. Si uo ars fuerit
a .xx. hoibus infra talis ars heat solum unum rectorem. Qui uo
rectores approbentur ꝑ potes et confalonerium ppli dce ciuitatis
alit ꝑ rectoribus minime heantur nisi precedente approbatione
pdcta vz po~ et confalonerii supdcto~. = ¶ Item qd dni potes
et confalonerius teneantur et debeant in quolibet mense facere cora~
eis uenire et parere omes et singulos consules seu rectores omium
artium dce ciuitatis cu~ oibus ipo~ et quilibz co~ artium or-

dinamentis et ipsa ordinamenta diligenter legere et examina-
re. Et si in ipsis ordinamentis vel aliquo ipsorum reperiret
vel esset aliquod capitulum vel ordinamentum quod diceret non esse
aut non facere pro statu presenti civitatis predicte et artium pre-
dictarum illud tollant cassent et removeant de ipsis ordi-
namentis et tolli et cassari et removeri faciant potestas et confalonerius
supradicti. — Item quod consules et homines dictarum artium et cuius-
libet earum teneant et debeant capitula unum vel plura
quod vel que cassarent vel removerent per dictos potestatem et confa-
lonerium seu eis videretur tollendum et removendum to-
llere et cassare et tolli et cassari facere de statutis ipsorum
artium infra quindecim dierum a die mandati aut inhibitionis
eisdem consulibus facte per potestatem et confalonerium supradictos et
ipsis minime uti pena et banno 25 librarum denariorum parvorum pro
quolibet ipsorum consulum et 50 librarum denariorum arti predicte in quibus
per capitulum presens dicte civitatis dicto comuni si contrafecerit debeant
incurrere qualibet contrafactione.

Quod cause vertentes inter mercatores occasione mercantie compromictantur. Rubrica 83.

Item ut mercatorum cause pro futuro minime protelentur sed
expediantur summarie sicut decet Statuimus et ordinamus
quod si qua causa inter aliquos mercatores cives vel forenses vel
aliquas quascumque personas occasione et pretextu alicuius mer-
cantie cuiuscumque commissi seu alicuius depositi facti de aliqua quan-
titate pecunie seu mercantia quacumque penes aliquem mer-
catorem in posterum oriretur quod iudex potestatis sive capitaneus
dicte civitatis sub cuius foro causa ipsa erit inchoata fuerit seu per
facti narrationem exposita teneatur et debeat in dicto mense
et pena 100 librarum denariorum in quibus si contrafecerit per sindicum dicti comunis
condemnari debeat compelli ipsas partes inter quas ipsa causa ini-
tiata fuerit seu exposita ut est dictum de sequenti [illegible] die
post receptam causam seu expositionem ipsius et post ad peti-
tionem alterius cuiuscumque petentis realiter et personaliter
constringere et constringi facere ad compromictendum causam ipsam
de iure et de facto alte et basse in duos bonos et legales mer-
catores de dicta civitate sub foro ponendos et eligendos
concorditer inter ipsas partes unum pro qualibet parte. Qui duo
duo boni mercatores predicti taliter electi teneantur et
debeant in dicto mense et pena 50 librarum denariorum pro quolibet ipsorum

De arbitris in statuto civitatis rubrica 87. Et [illegible] declaratur [illegible] finaliter. Et vide quod hoc statutum locum habet in causa et si per facti narrationem est intitulata et quod sit causa et [illegible] in [illegible] titulo de testibus.

Quod causa que ex causa mercantie vel depositi oritur quacumque pecunie quantitate compromictatur.

Nota. X libras pena per facti narrationem exposita.

Pena iudicis non cogentis hos [illegible] ad compromissum.

Ab iure et de facto alte et basse. Vide in statuto civitatis, ubi ponitur ista verba alte et basse, quod non [illegible] dicta [illegible].

Isti arbitri debent esse mercatores de foro. Et non quod compromittunt acceptare sed et compromissum [illegible] terminare infra 20 dies [illegible].

Instantia huius compromissi est xv dierum, sed in statuto comunis est mensis, sed istud est statutum speciale et illud est generale.

ad quam solvendam per ipsum iudicium coram quo ipsa causa ut
s(upra) promictitur incepta fuerit seu per facti narrationem ex-
posita defecto cogantur ipsam causam diffinire et terminare infra
xv dies continuos numerandos a die facti compromissi in eos, quam
si non terminarent vel diffinirent infra dictum terminum, dictam
penam comuni predicto fulginei solvere teneantur ut supra continetur,
nisi terminus de partium voluntate fuerit prorogatus. Et ni-
hilominus in palatio dicti comunis fulginei ipsi arbitri et arbitrato-
res constricti et cohacti tanto tempore debeant detineri quousque
causam ipsam fini debito terminabunt. Qui arbitri et arbi-
tratores eligendi modo quo s(upra) causam ipsam seu causas compromi-
ttendas in eos de quibus s(upra) fit mentio cognoscendi, terminandi
et diffiniendi summarie et de plano sine strepitu et figura
iudicii, diebus utilibus et feriatis auctoritate presentis statuti ple-
nam habeant potestatem. Et si dicti arbitri et arbitratores
non concordarent seu se non concordarent ad invicem,
ex de voluntate ipsarum partium tertium eligant et eligi possit.
Et laudum arbitrium declarationem terminationem sententiam
et diffinitionem ferendam et dandam per ipsos arbitros et ar-
bitratores sive iudices predictus victo lucri et pena predicta debeant
et teneantur statim cum petitum fuerit absque aliqua
citatione facienda seu aliquo dando termino ad solvendum
executioni mandare et exequtionem ipsam contra quam laudum arbit-
rium declaratio terminatio sententia seu diffinitio lata et
data fuerit, cogere realiter et personaliter ad solvendum
et dandum quantitatem contentam in ea et exequtionem ipsam in
palatio seu carcere dicti comunis ut pars pro qua laudum
arbitrium declaratio terminatio sententia et diffinitio lata et
data fuerit voluerit. Et tam diu detineri debeant quo-
usque de contentis in ipsis laudo arbitrio declaratione termi-
natione sententia seu diffinitione et expensis legitimis satis-
fecerit cum effectu, appellatione aliqua contradictione seu pe-
titione consilii vel quod reducatur ad arbitrium boni viri vel
aliqua quamvis exceptione vel causa aliquo non obstante. Vo-
lentes et ordinantes quod ab ipsis laudo, arbitrio, termina-
tione, declaratione, sententia seu diffinitione ferendis et dandis
per ipsos arbitros et arbitratores compromissionibus supradictis
et ab executione ipsorum vel aliquo eorundem, nulli liceat
appellare, nec contradicere, nec petere quod reducatur ad ar-
bitrium boni viri, nec petere super parte vel toto consilium
sapientis, nec aliquam exceptionem opponere. Et pars

Sine strepitu et figura iudicii diebus et feriatis; sed istud est statutum speciale et [illegible] per [illegible] vel [illegible] aliud [illegible]

De tertio eligendo

Nota quod a tali laudo non potest reclamari ad boni viri arbitrium nec [illegible] aliquid opponi, sed in statuto comunis [illegible] est [illegible] reclamatis vel appellantis ut aliquid opponitis dummodo solvatur [illegible] hic in [illegible] sed istud non valet [illegible] statutum [illegible] contra altera [illegible] in reformatione [illegible] ubi [illegible]

Nota seu per facti narrationem exposita

Nota quod appellat vox arbitratores et arbitros; sed istud est statutum speciale et [illegible] et [illegible] volentes sed istud est statutum speciale.

Quod sententia eorum arbitrorum debent [illegible] mandari et sine aliqua citatione et termino aliquo ad solvendum dato etc.

Nota quod talis debitor potest [illegible] si creditor vult, sed quod si vult dare fideiussores de non recedendo palatium etc.

qui contrafecerit / in .50. libr. den. ad petitionem cuiuscumque potestatis debeant condempnari. Et nihilominus appellatio ipsa sic dicto / et petitione non admictantur nec valeant ipso iure capitulo aliquo statuto presenti quod comunis / loquatur in contrarium non obstante. Dummodo de ipsis laudis / arbitris / sententiis / declarationibus / sententiis / seu diffinitionibus et de executione ipsorum / gabbella solui debeat ac salarium / secundum formam statutorum civitatis predicte. Et predicta omnia et singula potestas et capitaneus et quilibet ipsorum teneantur et debeant facere et fieri facere et integraliter observare / sub pena periurii et .C. libr. den. dicto comuni fulginei applicandorum.

Gabella soluenda sententiarum salarium

De muro construendo in contrata sancti euracly — Rubrica 84

Item dicimus et ordinamus quod expensis comunis fulginei habeatur una campana ponderis ad minus 400. librarum et ponatur et teneatur in turri constructa in contrata sancti euracly et quod muretur muro murato et fortj ad arzenam et calcem circumdando locum dicti sancti euracly videlicet prout et quantum protendit seu se extendit fossum dicti loci et solitum fuit esse steccatum ibidem. Qui murus fiat hoc modo videlicet quod adiacentes personae loco predicto dare teneantur ac etiam assignare in dicto opere lapides et similia facere manualia necessaria ad ad manumentum et dictum comune fulginei facere et fieri facere singula alia necessaria ad perfectionem muri predicti. Et quod predictas personas adiacentes remundetur fora quae extat et se protendit circum predicta usque ad paludem. Et quod per potestatem pro comune fulginei eligatur unus bonus et legalis homo in superstitem super predictis et ut predicta debitum sumat effectum.

Qualiter represalie concedantur — Rubrica 85

Item dicimus et ordinamus quod si aliquis de comitatu fulginei vel districtu fuerit derobbatus eidem bona sua et violenter accepta seu quocumque modo accepta aut subtracta in aliqua civitate castro comunantia villa seu loco aut territorio vel districtu ipsorum vel alicuius eorum pro optinendis represalijs talis ordo servetur videlicet quod per potestatem capitaneum priores et consilium comunis et populi civitatis fulginei illa talis civitas castrum comunantia villa seu locus ubi dictus civis vel comitatinus fuerit derobbatus vel rebus suis quoquo modo expoliatus primo per licteras requirantur ut eidem reddant civi vel comitatensi

[illegible]

Et non quod hoc statutum loquatur [illegible] quod non [illegible] tunc bona sua fuissent ablata vel subtracta [illegible] per aliquos [illegible] [illegible] statutum [illegible] 66.

ad dictas res sibi subtractas acceptas vel derobbatas integre
satisfiat aliqua re expensis dicti talis derobbati vel alterius pro
eo tamen modo transmittant. Et si predictas non satisfecit
infra xv dies eidem hoc concedant ex expensis ipsius duo am-
basiatores quos ipse voluerit qui vadant et ire de-
beant ad illam civitatem castrum communantiam
villam seu locum in qua vel quo seu ipsorum vel alterius eorum
territorio civis noster civis seu vel comitatensis fuerit derobbatus
vel eius bona sua et res quodammodo accepta seu violenter
subtracta ad rogandum et monendum ex parte dicti comunis ho-
mines et commune illius loci vel terre ubi eidem nostro civi vel
comitatensi res et bona dicto modo fuerint derobbata vel
quoquo modo accepta vel subtracta ut satisfaciant et satis-
fieri faciant cum effectu de ipsis bonis et rebus nostro civi vel co-
mitatensi. ¶ Quod si non fecerit iterato denovo dari debeant
eidem nostro civi vel comitatensi expensis comunis Fulginei duo
boni et ydonei ambaxiatores si eisdem prioribus quibus pro
tempore fuerint videbitur convenire de duobus ambaxiatoribus
tamen dominorum aut uno in quolibet dictorum casuum ipsis
prioribus qui pro tempore fuerint arbitrio reservato. Qui duo
ambaxiatores predicti aut unus prout videbitur et pla-
cuerit prioribus antedictis vadant et ire debeant ad
dictam civitatem castrum communantiam locum vel villam
ubi idem noster civis vel comitatensis fuerit derobbatus
vel eidem bona et res ipsius violenter accepta vel quocumque
modo subtracta ad rogandum ipsum commune et homines ac et mo-
nendum ut satisfaciant dicto nostro civi vel comitatensi
prout aliis ambaxiatoribus superius continetur. Et si predicta
non fecerint predicto nostro civi contra partes omnibus supradictis prout
superius est et possum ponatur in consilio sitah nostro civi
derobbato vel suis heredibus sint reprisalie concedende vel non
Et secundum deliberationem fiendam in dicto consilio procedant.
Et hec omnia et singula supradicta prout superius continetur pote-
stas et capitaneus civitatis Fulginei ipsi et quilibet ipsorum teneantur
et debeant in dicto iuramento et pena 500 librarum denariorum de suo sa-
lario et promissionem ipsorum officii facere et observare et fieri
facere ac et observari ad petitionem cuiuscumque petentis.

¶ De aratura et clusis molendinorum comunis Fulginei — Rubrica 86.

Item dicimus et ordinamus quod si quis vel si qui habet
vel habent aliqua molendina que molendina habeant
aliquam clausam aratura seu clusam. Et ipsa

vel [illegible] ... recurrent de novo ... presentes ... XX ... et si non fecerint ... et cetera

clusa sive arcatura per ipsos vel aliquos alios a xxx annis citra fuerit murata an vel retro in preiudicium alicuius vel aliquorum qui habent in dicta [illegible] terram vineam vel molendina alia. Et predicti in quorum preiudicium facta est probarent per duos testes vel plures quod dicta clusa vel arcatura sit murata de loco ubi esse consueuit ad locum per quod unum vel pluribus preiudicium faceret quod dicta clusa sive arcatura ad statum pristinum reducatur et reduci debeat ubi esse consueuit antiquum tempus. Et potestas qui pro tempore fuerit teneatur et debeat pena 100 librarum denariorum cuilibet habenti ius in dicta arcatura seu clusa [illegible] si [illegible] fecerit actiones et predictum opus in statum pristinum reponant et reponere debeant. Et si idem potestas predicta facere obmiserit ad petitionem alicuius petentis et dictam penam non facientibus non exegerit pro comuni incurrat penam 25 librarum denariorum et prestiti [illegible] in quibus per sindicum comunis Fulginei debeat puniri [illegible].

Quod prescriptio temporis non preiudicet ius habenti in aliqua turri — Rubrica 87.

Item dicimus et ordinamus quod si quis habet partem in aliqua turri cortina et pertinentiis ipsius turris ipsas quod non possidet vel non possiderit spatio alicuius temporis non preiudicet ius habenti si ostendiderit per publicum instrumentum se habere partem seu ius in turri et cortina et pertinentiis ipsius turris. Et liceat eas tenere et possidere nomine ipsius turris et cortine et pertinentiarum ipsius intrare auctoritate propria sine alicuius contradictione prescriptione temporis aliqua non obstante. In aliis non rebus procedat [illegible] iura volunt.

De armis que portari prohibentur — Rubrica 88.



Item dicimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel presumat portare per civitatem Fulginei [illegible] nomine intus arma sub pena 100 solidorum denariorum pro quolibet genere armorum et perditionem ipsorum armorum in quibus contrafacientes per potestatem comunis Fulginei debeant puniri. Et potestas teneatur et debeat inquirere de predictis quolibet die semel ad minus et familiam suam cum uno ex suis notariis mittere per dictam civitatem armatum per armis predictis. Salvo et reservato quod euntibus extra potestatem civitatis et redeunti ad dictam quod in eundo et redeundo liceat arma publice portare dummodo portet galeam sive cappellum ferreum ad collum vel in manu.

Item quod si quis portaverit quadrellectum puniatur comuni Fulginei in 25 libris denariorum et perditione ipsius quadrellecti. Item dicimus et ordinamus quod nullus hospitator civitatis

fulg(inatis) audeat vel presumat aliquem forensem in suo hospitio
hospitare nisi primo omnia arma ab ipso forense acceperit
et sibi non restituerit nisi in discessu dicti talis forensis
de civitate predicta. Et si contrafecerit solvat dicte pene. Et a-
lia sine licentia dominorum potestatis capitanei et priorum populi dicte
civitatis. Et potestas et capitaneus in principio sui regiminis
infra octo dies faciant hospitatores dicte civitatis fulginatis in
palatio comunis singulos congregare et legi facere presens capitulum
publice ita quod ne ignorantiam possint pretendere
de eodem. ¶ Item si quis fuerit inventus portare culte-
llum seu quadrellectum alibi quam ad corrigiam ad latus
vel in manu duplicetur bannum. Et qui in culpa inventus
fuerit in aliqua taberna vel domo vel ubi vinum vendetur
portare arma predicta puniatur ut supra. Et nulla persona
audeat vel presumat portare aliquem cultellum acu-
tum vel maliciosum et feritorium in canna vel ligno et
qui contrafecerit solvat penam supra nominatam. Et in quo-
libet dominorum casum perdat arma et deveniant in comune. ¶ Item
quod nullus mercatorius vel tenens apotecam iuxta plateam
vetitam per quatuor domos possit nec debeat ab aliquo
recipere aliquem cultellum in custodia pena et banno .100.
solidorum denariorum pro qualibet vice et eandem penam incurrat
dans cultellum seu arma offensibilia cuicumque in custo-
diam seu guardiam. ¶ Dicimus etiam quod forbitores
dominorum armorum arma quelibet in prima tenere et hic predit-
tam in ipsorum apotecis quam in ipsis apotecis aptandi et
forbiendi arma predicta.

¶ De tercentis qui habeant sequi confalonerium — Rubrica .89.

Item dicimus et ordinamus pro honore franchitia et
libertate populi civitatis fulginatis quod infra octo dies post festum beati
feliciani potestas civitatis fulginatis pro tempore existente teneatur et debeat
nominari facere coram se tercentos homines de dicta civitate fulginatis
et ipsos facere iurare quod omnes constitutiones confalonerii iusti-
tie observent et quod obediant eidem confalonerio in omnibus que pro libe-
rtate comunis et populi dicte civitatis eisdem duxerit iniungendum. Et
quod eundem confalonerium sequantur cum armis et sine armis toties
quoties eidem confalonerio videbitur et placuerit
publice et occulte intus et extra civitatem fulginatis. Et quod supra-
dicti tercenti et quilibet ipsorum quando videbitur ipsi confalonerio
arma portare offensibilia et defensibilia possint atque
valeant per civitatem fulginatis et districtum sine pena et banno ullo
obstante. Et de provisione fiet simplicia verbo cum confa-
lonerii supradicti et quod electio et renovatio dominorum 300 fiat
et fieri debeat per priores et confalonerium populi dicte civitatis

· et pro bonum ·

Pena deponentium arma apud aliquos apotecarios et recipientium

et per bonum hominem et statutarios predictos addi. Et sinda-
cationem et renovationem dictorum 300 anno quolibet nullus
possit de ipso numero detrahi seu in eodem numero addi nisi
fieret per priores et vexilliferum bonum hominem et statuta-
rios supradictos vel maiorem partem ipsorum. Et quilibet qui
erit de numero supradicto habere debeat et tenere proprium
et lanceam ad minus. Et nomina dictorum 300 et cuiuslibet
eorum scribi debeant et scripta apponi manu notarii reforma-
tionum dicte civitatis.

Quod nullus contendat pro aliquo exbandito — Rubrica 90.

Item dicimus et ordinamus quod nulla persona ci-
vitatis Fulginei vel districtus contendat vel aliquid
dicat pro aliquo exbandito rebelle vel confinato co-
munitatis predicte occasione rebellionis vel contentionis (?)
seu proditionis publice vel occulte vel pro illis vel aliquo
ipsorum qui venerint ad civitatem Fulginei vel contra ipsam
civitatem ea mutandi et mutari faciendi presentem bo-
num et pacificum statum dicte civitatis. Et qui contra
fecerit in 50 libris pro quolibet communi Fulginei condemnetur. Et
quilibet possit contrafacientem accusare et stetur probationi
unius testis qui adduceret vel induceret et duorum
testium de publica fama que pro vera et legitima pro-
batione habeatur. Item quod nulla persona de civitate Fulginei
vel districtu seu villa aut universitas audeat vel presumat
receptare aliquem exbanitum dicti communis pro aliquo maleficio. Et
contrafaciens condemnetur secundum formam statutorum loquentium quod nulla
persona receptet aliquem exbanitum et de pena in ipsa
penitus contenta. Et quia parum est iura condere nisi sit qui
ea faciat observari statuimus quod potestas et iudex maleficiorum qui-
libet mense teneantur et debeant inquirere et inquisitionem
facere per omnes villas et universitates districtus
Fulginei. Et contrafacientes punire et condemnare secundum formam
statuti supra proxime nominati et in penis in ipso contentis. Et predicta
potestas et eius iudex teneantur et debeant per se inviolabiliter
facere observari sub pena 500 librarum denariorum de suo salario omni
exceptione remota. Et predicta banniri faciat infra octo
dies a principio sui regiminis.

Quod nullus receptet aliquem exbanditum — Rubrica 91.

Item dicimus et ordinamus quod nulla persona in civitate
Fulginei vel eius districtu audeat vel presumat

Vide in proximo statuto et statuto ... c. 46.

Pena contendentis pro exbandito ...

Vide in 71 et in 101 et in 37 et ... 46.

Pena receptantium exbanitos pro maleficio ... in proximo statuto.

Vide statuta ... 46.

~~[illegible]~~ vel tenere aliquem exbanditum seu prodi-
torem comunis Fulginei nec ei dare bibere vel comedere. Et qui
contrafecerit in .l. libr. den. comuni Fulginei condempnetur. Et ratione
consanguinitatis excusari non possit nec ratione affinita-
tis. Et si contingeret aliquem exbanditum fuisse pro-
ditorem eiusdem comunis seu fraudulenter in officio quod ge-
sserit in civitate predicta seu pro avere comunis civitatis pre-
dicte aut in mutatione status presentis civitatis eius-
dem nulla persona audeat vel presumat dicto tali exba-
dito proditori et fraudulento dare panem vinum
bladum denarios vel aliquid aliud spectans ad victum
nec cum eo loqui in parte aliqua circumstantiarum
dicte civitatis nec pro ipso pro aliquem debeat fieri aliqua
precatio seu rogamen exhibitio aut premittitur po-
sitio coram aliquo rectore seu officiali seu consilio
aliquo aut arenga. Et quicumque fecerit in .100. libr.
den. dicto comuni debeat condempnari per potestatem civitatis sublata
omni appellatione et exceptione remotis. Et predicta dominus
potestas iurato iuret et pena 100 libr. den. de suo sa-
lario teneat et debeat observare omni exceptione et ap-
pellatione remotis. — ¶ Salvo semper et reservato
quod predicta vel aliquid predictorum non vendicent sibi locum
in exbanditis et condempnatis comunis Fulginei a .xxv. libr.
den. infra et usque in quantitatem 25 libr. den.

vide rubr. 37 et rubr. 90 et in rubr. 101 et 8. c. rubr. 46. 217.

rubr. xxx ubi idem [illegible]

De condempnationibus faciendis — Fra 92

Item dicimus et ordinamus quod potestas civitatis
Fulginei teneat publice condempnationes et absolutio-
nes per se fere in consilio generali dicte civitatis singulis mensibus
ex quo de maleficio esset clarum ita quod nulla condempnatio
vel absolutio que esset facienda seu ferenda de aliquibus
excessibus iniuriis vel offensis delictis dampnis et gua-
stis que committentur seu commissi fuerint vel fierent vel
dicerentur in civitate Fulginei vel districtu eiusdem pro-
tendat tempus .xxx. dierum a die accusationis vel denuntiationis
seu inquisitionis date vel facte. Et si potestas iudex
vel notarius in predictis extiterint negligentes potestas
in .50. libr. den. Et iudex et notarius maleficiorum in .25.
libr. den. pro quolibet eorum qui negligens fuerit
comuni Fulginei condempnetur. Et si notarius maleficiorum in predictis

vide statuta comunis li. 4 rubr. 1 [illegible] tenent in supra [illegible]

Invenit hic quod potestas potest cognoscere de dampnis datis et guastis et invenit quod terminatur dampnum datum post 30 dies

tempus .x. dierum testes et scripture obmiserit et propter ne-
gligentiam suam vel occasione ipsarum dictum commune aliquod
dampnum sustinuerit dicti notarii teneantur dicto
communi Fulginei conservare indempne. Et de predictis nullam ab-
solutionem petere possit vel prorogationem nullo
alio capitulo contradicente obstante. ¶ Item quod capitu-
rius iudex procurent quod predicta per predictos officiales exe-
cutioni mandentur. Et idem capitulus teneatur condempna-
re omnes predictos officiales potestatis iudicem et no-
tarium et quemlibet predictorum contrafacientes in predictis vel ali-
quo predictorum in dictis penis in hoc capitulo declaratis.
Et si predictus capitulus in predictis vel aliquo predictorum ne-
gligens fuerit in .l. libris denariorum pro sindicatu eiusdem
communis tempore sui sindicatus et deposito suo officio condempn-
etur. ¶ Item quod notarii malleficiorum dicti communis teneantur et
debeant omnes condempnationes et exbandimenta que occurre-
rint facienda duabus vicibus scribere seu copiare quarum
una habeat camerarius communis Fulginei et altera rema-
neat penes potestatem et capitaneum sive rectores ipsas condempnationes
statim dictus camerarius scrutinium et oporteret unam
ex copiis supradictis. Quas quidem scripturas dicti no-
tarii facere et scribere teneantur in cartis de corio pena
et banno .x. librarum denariorum in quibus si contrafecerint pro sindicatu
dicti communis ipsi communi pro quolibet et vice qualibet debeant
condempnari.

¶ De penis duplicandis et triplicandis — ~~Rubrica~~ 93.

Item dicimus et ordinamus quod in quolibet ma-
lefitio delicto vel quasi et cetera ubi non est per
formam alicuius statuti pena apposita de dicto facta
cum sanguine vel quocumque modo alio pena dupli-
cetur in hiis casibus videlicet si predicta malleficia delicta commicte-
rentur vel quasi commicterentur cum sanguine. Et si commicterentur
de nocte, si in palatio aliquo potestatis capitanei seu
priorum populi si in presentia potestatis capitanei priorum populi seu sy-
ndici dicte civitatis et tempore quo esset exercitus et tempore quo
gentes tragunt ad ingrem in ecclesia beati Feliciani et
aliis ecclesiis episcopatus et quibuslibet ecclesiis tempore et quando in ipsis
ecclesiis divina celebrant officia et tempore quo homines es-
sent congregati ad funus seu ad nuptias. ¶ Item
quod omnia malleficia delicta et excessus commissi in dicta civitate

vide de malef. facto tempore ... in 2° ~~Rubrica~~ 90.

¶ Quod ... [illegible]

fulg(inei) rei (com)miserint vz i(n) vigilia festi b(ea)ti feliciani
et in s(e)c(un)do ip(s)e vigilie nec no(n) in die festi et die p(ro)xim(o)
seq(ue)nti ip(s)o festo d(ic)ti b(ea)ti feliciani et pene ip(s)or(um) malefitior(um)
excessuu(m) et delictor(um) triplicentur et triplicari deb(e)-
ant ip(s)e pene i(n) malefitiis excessib(us) et delictis que (com)-
mitte(n)tur in dieb(us) et s(e)c(un)do p(ro)xim(o) sup(er)ius. Et si ali-
quis forensis aliquod (com)miserit malefitium excessum vel
delictum pene sibi tali forensi quadruplicentur.

Pena forensis quadruplicetur [illegible]

De (con)silio (con)gregando ad requisitionem p(ri)or(um) et (con)falonerii — R(ubric)a 94

Item dicimus et ordinamus q(uod) pot(est)as et capit(aneu)s civit(ati)s
fulg(inei) et p(ri)or(um) q(ui)libet p(ro) t(em)p(o)re et q(uo)tiens fu-
erint requisiti teneantur et debeant ad requi-
sitionem d(omi)nor(um) p(ri)or(um) et (con)falonerii p(o)p(u)li civit(ati)s eiusdem
bandiri et (con)gregari facere (con)silium co(mun)is et p(o)p(u)li ac rector(um)
artium civit(ati)s p(re)d(i)c(t)e et q(uo)dlib(et) aliud (con)silium et (con)grega-
tionem p(ro)ut d(i)c(t)or(um) d(omi)nor(um) p(ri)or(um) et (con)falonerii volu(n)-
tate p(ro)cederet. Et i(n) p(re)d(i)c(t)is (con)siliis ponere et reformare
et p(ro)ponere et reformari facere sup(er) quibuslibet negotiis
q(ue) p(ro)cederet ac fieri petent(ur) p(er) d(omi)nos p(ri)ores et (con)fa-
lonerium sup(ra)d(i)c(t)os p(ro) custodia fortificatione augumento
pace et statu tranquillo civit(ati)s p(re)d(i)c(t)e. Et id q(uo)d in ip(s)is
(con)siliis aut aliquo eor(um) stabilitum et reformatum
fuerit ip(s)i pot(est)as et capit(aneu)s et eor(um) q(ui)libet p(ro)ut
fuerit requisiti vel s(ecundu)m requisitionem teneant(ur) et
debeant executioni mandare i(n)ducto in(con)ti(nenti) et pena 100
libr(arum) den(ariorum). Ita t(ame)n q(uod) sup(ra)d(i)c(t)a semp(er) fiant et fieri debe-
ant de exp(re)sso mandato (con)sensu et voluntate (con)fa-
lonerii sup(ra)d(i)c(t)i. Et si (contr)a fieret no(n) valeant ip(s)o iure.

De licentia no(n) danda alicui (con)finato — R(ubric)a 95

Item dicimus et ordinamus q(uod) nec pot(est)as nec
capit(aneu)s nec alius officialis civit(ati)s fulg(inei) poss(in)t
nec debeant dare seu (con)cedere licentiam alicui (con)fin-
ato vel (con)finando occasione (con)venticule p(ro)ditionis
vel turbationis p(rese)ntis status d(i)c(t)e civit(ati)s de redeundo
ad ip(s)am civit(ate)m vel districtum ip(s)i(us) nisi hoc p(ro)cederet de
voluntate exp(re)ssa licentia ac (con)sensu p(ri)or(um) p(o)p(u)li et
(con)falonerii iustitie civit(ati)s fulg(inei). Et nisi talis p(er)so-
na (con)finata vel (con)finanda dederit ydoneos fideiu(s)-
sores qui sint de d(i)c(t)a civit(ate) fulg(inei) et p(rin)cipalit(er)
secum eo obligent de parendo o(mn)ib(us) et singulis

Ut (con)finato p(ro) (con)venticula [illegible]

mandatis ipsorum potestatis et capitanei vel alterius ipsorum in .x. libris denariorum pro quolibet et pluries pro ut casus incidebit in singulis capitulis mandatorum. Et nisi primo deliberatum et reformatum fuerit in consilio populi et rectorum artium dicte civitatis cum expresso consensu ipsorum et confalonerii iustitie predictorum. Et nisi primo depositum fuerit in pecunia apud camerarium dicti communis per ipso communi recipienti de duobus milibus florenis auri. Et nullus advocatus pro aliquo exbandito confinato vel confinando occasione alicuius cuiuscumque proditionis seu turbationis status presentis pacifici dicte civitatis Fulginei audeat vel presumat advocare seu procurare coram aliquo officiali in aliqua curia vel eis aut alicui cordare vel prestare publice vel occulte auxilium consilium vel favorem nec aliquas licteras mictere seu ab eo recipere contra formam predictam arengare seu dicere in consilio vel arenga. Et qui contrafecerit in 500 libris denariorum communi Fulginei condempnetur. Et predicti potestas et capitaneus ad petitionem cuiuscumque petentis teneantur et debeant inquisitionem facere et stetur probationi .x. testium de publica fama que pro vera et legitima probatione habeatur. Et siquis exbanditus confinatus vel confinandus ex causis supradictis redierit ad civitatem predictam seu eius districtum sine licentia sibi data et concessa secundum formam superius expressam capite puniatur. Et bona sua omnia communi Fulginei applicentur et publicentur. Et quilibet possit ipsum offendere in persona et rebus sine pena et banno.

De portanariis tenentibus claves portarum civitatis Fulginei. Rubrica 96.

Item dicimus et ordinamus quod clavarii et tenentes claves portarum civitatis Fulginei non possint nec debeant portas ipsas aperire seu aperiri facere postquam clause fuerint de sero usque ad campanam diei mandato potestatis vel capitanei seu alterius officialis civitatis predicte sine presentia confalonerii iustitie et priorum populi dicte civitatis vel alicuius ex eis nec ipsas claves dare ipsi potestati vel alicui alii officiali sine licentia confalonerii et priorum seu alicuius ipsorum. Et siquis contrafecerit in 50 libris denariorum vice qualibet communi Fulginei condempnetur. Et potestas capitaneus et alius officialis qui mandaverit seu fecerit portas ipsas aperiri in 100 libris denariorum dicto communi debeat condempnari. Item ordinamus et dicimus statuentes quod in sportello porte societatis abbatie site iuxta ecclesiam sancti Augustini et domum Nagioli

COMUNE DI FOLIGNO BIBLIOTECA CIVICA

magistrum fiat et fieri debeat duo serramina fe-
rrea unum quorum claudatur et aperiatur ad peti-
tionem et voluntatem hominum dicte sotietatis habitan-
tium et morantium de foris dictam portam. Et pro cl-
avis dicti serraminis claudendi et aperiendi ad petitionem ho-
minum predictorum detur in custodiam uni bono et suffi-
cienti homini dicte sotietatis eligendo ad hoc per potestatem et
confalonerium populi dicte civitatis. Et ille qui eligetur ad
conservandum et tenendum dictam clavem per potestatem et
confalonerium supradictos habeat et habere debeat illam immu-
nitatem quam habent alii clavarii et tenentes claves
aliarum portarum dicte civitatis. Qui sic electus et di-
ctam clavem tenens non possit nec debeat ipsum serram ap-
erire seu claudere usque ad tertium sonum campane ma-
gne seu grosse comunis dicte civitatis et nisi quando placuerit
dominis potestati et confalonerio supradictis.

De hiis qui fecerint rumorem contra presentem bonum statum Fulginei — Rubrica 97

Item dicimus et ordinamus quod quicumque clama-
do vel rumorem faciendo vel verba quecumque di-
cendo vel qualitercumque voluerit mutare vel turbare
presentem bonum statum civitatis vel fieri facere in
favorem illorum qui desiderant presentem bonum sta-
tum mutare clamando vel gridando vel scarmiz-
ando vel sumovendo puniatur in .500. libris denariorum. Si possi-
derit vel plus bona sua valuerint. Si vero minus
in .100. libris denariorum puniatur. Et in utroque casu debeat
stare extra civitatem Fulginei et eius districtum ubi po-
testati videbitur et placuerit per annum. Supradicta aut-
em vel aliquid predictorum presumatur fecisse et dixisse contra
presentem capitulum seu statutum si probatum fuerit contra illos ea di-
xisse vel fecisse per duos testes de publica fama et sic in-
telligatur et presumatur plene fore et esse probatum.

Item si quis rumorem fecerit et sit contenta in
hoc capitulo vel aliquid ex eis verere presumpserit et condemna-
tionem dicto seram infra tertiam diem a die facte seu late
condemnationis solvere non potuerit ad exponctatio-
nem lingue condempnetur seu eam penitus perdat. Et
si predictus potestas vel predictus negligens fuerit per sin-
dicum dicti comunis in .500. libris denariorum ipsi comuni debeat condempnari.

De hiis qui non servaverint confinia — Rubrica 98

Item dicimus et ordinamus quod si quis per potestatem
capitaneum vel eorum officiales fuerit missus seu

Pro probatione predictorum quod fiat.

Pena lingue devenit in stadium

Pena predictorum ... et .100. ... lingue ... pena capitis

portus ad confines vel ponet in futurum occasione rebellionis vel conventicule proditionis vel turbationis pacifici status civitatis Fulginei et ipsos confines fregerit vel non servaverit vel ad ipsa confinia non steterit secundum quod fuerit sibi iniunctum vel mandatum in mille libris denariorum comuni Fulginei condempnetur. Et si aliquo tempore venerit in fortiam dicti comunis et dictum banum infra x dies camerario ipsius comunis pro ipso comuni recipienti non solverit cum effectu quod sibi caput a spatulis publice amputetur. Et de hiis stetur probationi x testium de publica fama quam pura et legitima probatio habeatur. Et potestas et capitaneus et quilibet ipsorum in solidum vinculo iuramenti et pena mille librarum denariorum teneantur et debeant de predictis inquisitionem facere contra delinquentes infra x dies a principio ipsorum regiminis et quos invenerint culpabiles punire et condempnare in penis et bannis supradictis declaratis.

Quod camerarius comunis Fulginei requirat de officialibus familiaribus et equis potestatis et capitanei — Rubrica 99.

Item dicimus et ordinamus quod camerarius comunis Fulginei et eius notarius teneantur et debeant quolibet mense semel solicite et diligenter inquirere et inquisitionem facere de omnibus et singulis officialibus familiaribus et equis potestatis et capitanei qui sunt et erunt in dicta civitate Fulginei. Et totiens pluries ipsos officiales familiares et equos predictos solicite et decipiens inquisitionem facere quotiens eidem camerario et notariis prioribus populi aut alteri eorum placuerit et videbitur expedire. Et etiam teneantur inquirere et solicite et registrum facere de omnibus bonis rebus vineis silvis et pratis exbannitorum et rebellium dicte civitatis et ipsum registrum pro comuni conservare et facere et procurare taliter quod ipsa bona et possessiones pro dicto comuni possint fructare et fructus et proventus ipsorum bonorum et possessionum ad ipsis perveniant pro dicto comuni. Et item quod dicti camerarius et notarius teneantur et debeant vinculo iuramenti et pena x librarum denariorum pro quolibet quolibet mense semel facere protestationem dominis potestati et capitaneo et eorum officialibus in consilio generali dicte civitatis Fulginei quod observent et observare debeant omnia statuta et ordinamenta comunis et populi dicte civitatis Fulginei. Et si dictus camerarius et notarius

Protestatio quod officiales observent statuta

cius in predictis vel aliquo predictorum fuerit negligentes et
predicta omnia et singula non fecerit in pena predicta per
priores populi civitatis predicte debeant condemnari. Et ipsa
pena ab eis per priores populi dicte civitatis auferatur de facto
predicto modo. ¶ Item quod camerarii predicti et eius notarius teneantur
et debeant iurare ad sancta dei evangelia corporaliter
manu tactis scripturis quod requirent et requisitionem
facient quolibet mense in consilio generali potestatem capitaneum
et eorum officiales familiam et equos. Et si aliquis ipsorum
fuerit absens et non habuerit officiales familiares et
equos idem camerarii teneantur et debeant scribere aut scri-
bi per eius notarium facere in libro dicti communis absentes et
presentes. Et si potestas et capitaneus vel alter officialis defecerit
vel fecerit iniuriam aliquam camerario vel notario ipse
solvat quilibet ipsorum de suo salario 100 libr. den. de
quibus fiat verbo ipsi camerarii et eius notarii in quibus
100 libr. den. per [illegible] potestatem debeant condem-
nari. ¶ Item quod camerarii dicti communis et eius notarius sem-
el in mense faciant requisitionem et plures quotiens eidem
camerario et dominis prioribus aut aliis eorum melius videbitur
expedire de omnibus officialibus familiaribus et equis potestatis
et capitanei dicte civitatis ad palatium ipsorum dominorum et quod po-
stquam dicti camerarius et notarius iverint ad dictum palatium quod inde non
discedant nisi primo fecerint requisitionem predictam
Et quod ipsam requisitionem dictus notarius scribere teneatur
in quodam memoriali seu quaterno communis qui sit et
teneatur in camera communis et scribere per se familiares officia-
les et equos absentes seu quos non invenerit tempore requisi-
tionis predicte et per se illos quos invenerit. Et quod predicti
potestas et capitaneus teneantur et debeant in continenti sine
temporis intervallo et more dilatione eisdem camerario
et suo notario postquam iverint assignare oculata fide
et monstrare officiales familiares et equos ipsorum quod
si non fecerint habeantur et presumantur auctoritate presentis capituli
ipsos officiales familiam et equos non habere in dicto eorum
officio nec tenere. Et predicti camerarius et notarius scribere
teneantur in dicto libro seu memoriali requisitionem

Pena potestatis et capitanei et eorum officialium si offen[illegible] dictum camerarium vel notarium [illegible] c 100 lb.

quam fecerit dicta potestas et capitaneus de assignando of-
ficiales familiares et quos predictos et ipsi receptum ste-
tur et ipsa habeantur pro vera et legitima probatione auctoritate
presentis capituli dummodo dicti camerarius et notarius sacramento
teneantur et debeant non notificare nec notificari
facere eisdem potestati et capitaneo vel suis officialibus aut fami-
liaribus vel alicui ipsorum qui iturus sit ad videndum assi-
gnationem predictam.

De forma habenda per mactonarios — Rubrica .100.

Item dicimus et ordinamus quod mactonarii et petraio-
li habeant et habere debeant a communi fulginei formam ad quam
ipsi mactonarii et petraioli mactones et lapides fa-
cere teneantur. Ad quam formam dictorum mactonum et lapi-
dum ac et cupporum fiendam et ordinandam infra xv dies
post festum beati feliciani per dominos priores populi civitatis ful-
ginei qui pro tempore fuerint prudenter et discrete eligant
et eligi debeant tres boni et legales et sufficientes
homines videlicet unus pro quolibet tertio civitatis eiusdem qui
sic electi aut eligendi sint et esse debeant de cor-
poratis populi civitatis predicte qui habeant auctoritate pre-
sentis capituli auctoritatem et bayliam ipsam formam ordina-
ndi et faciendi prout eis et cuilibet eorum melius vi-
debitur convenire eisdem quod mactonariis et petraio-
lis ipsam formam dandi et assignandi. Cum tres boni
homines supradicti et quilibet ipsorum teneantur et debeant
omnia supradicta facere et executioni mandare infra unum
mensem postquam electi per priores predictos fuerint [illegible]
pena predicti ... et C soldorum denariorum pro quolibet ipsorum in
quibus per capitaneum populi dicte civitatis communi fulginei condemnetur.
Et hec fiant et fieri debeant omnibus et singulis expen-
sis hominum dicte artis videlicet quod debeant dicti tres boni ho-
mines pro eorum salario habere a predictis hominibus dicte artis
xx soldos denariorum pro quolibet ipsorum. Teneantur et etiam debeant
habere supradicti mactonarii et petraioli habere mirzingu-
m iustum ad iustatum cum mirzingo communis fulginei et
sigillatum sigillo communis predicti. Et cum ipso semper omnibus
ementibus calcem mensurare seu mensurari facere et non
cum alio mirzingo seu mensura pena 100 soldorum denariorum.

vide statutum libro 3 rubrica 40.

43c

pus in quibus contrafaciens cum fulcis per supradictum capitu-
lum incurrat in re qualibet. Et quilibet possit contrafacientes
acusare et habeat medietatem banni et nomen acusatoris
teneatur secretum. ¶ Item quod quilibet petraiolus et
marangonarius faciat et facere debeat et teneat dictos
marangones et lapides ad eandem formam eis per
dictos tres bonos homines traditam et assignatam sub
pena x librarum denariorum pro quolibet contrafaciente et in re
qualibet. Et potestas et capitaneus teneatur et debeat in (?)
... et pena l librarum denariorum de eorum salario predicta omnia et sin-
gula facere observari et de predictis inquisitionem facere
quolibet mense et contrafacientes punire in dicta pena.

¶ De sententiis executioni mandandis — Rubrica 101

Item dicimus et ordinamus quod si aliqua sententia lata
fuerit contra aliquem occasione rebellionis proditio-
nis seu mutationis presentis boni status civitatis fulginei
per aliquem officialem dicte civitatis quod potestas et capitaneus
et quilibet alius officialis qui ipsam sententiam tulerit te-
neatur et debeat sub pena 50 librarum denariorum et privatione o-
fficii ipsorum ipsam sententiam executioni mandare infra x dies
post pronuntiationem ipsius sententie qui dies intelligantur conti-
nui. ¶ Item omnes sententias latas et promulgatas contra
rebelles et proditores civitatis fulginei per quoscumque offi-
ciales civitatis eiusdem teneantur potestas et capitaneus et quilibet
ipsorum executioni mandare infra unum mensem post fe-
stum beati feliciani sub pena 500 librarum denariorum et privationis
officii. Et quod omnes sententie et processus facte et promul-
gate contra rebelles et proditores dicte civitatis occasione
infamie proditionis et conventicule et mutationis
presentis status civitatis predicte sint rate et grate fir-
me et firmam et plenam optineant roboris firmitatem.
Et potestas et capitaneus et quilibet alius officialis civitatis
eiusdem dicte non possint nec debeant ponere seu po-
ni facere in consilio vel arenga quod aliqua sententia vel pro-
cessus factus et factus per aliquem officialem contra aliquem
rebellem seu proditorem dicte civitatis tollatur corri-
gatur vel suspendatur nec aliquis detentus
occasionibus supradictis vel ipsorum aliqua relapsetur vel
liberetur aut eius conditio vel materia mutetur

+ Extra (?) ... Vide ... 68 ...

Quod potestas et capitaneus non possint proponere in consilio quod aliqua processus vel sententia lata et facta contra rebelles et proditores revocetur (?)

43v

vel alienetur sub pena mille quingentarum librarum denariorum pro suis
expensis ipsorum et remotione ab omnibus eorum offitiis ac pena prece-
denti in eorum. Et nullus etiam presumat vel aliquod contradicere pu-
blice vel occulte det vel prestet auxilium consilium vel fauorem. Et
contrafaciens communi Fulginei in mille libris denariorum condempnetur. Et si
dictam penam soluere non posset caput sibi a spatulis
publice amputetur ita quod moriatur omnino. Et hoc ca-
pitulum sit precisum in quolibet capitulo suo cum nullum a-
liud capitulum uel sequens positum in statuto populi vel communis
in aliquo contradicat nec possit dictum capitulum immu-
tari vel in partem corrigi vel suspendi per aliquod consilium
vel arengam vel alio modo de suspensione vel correp-
tione huius capituli potestas vel capitaneus nec aliquis o-
fficialis proponere audeat sub pena superius notata.

De superstitibus detentorum. Rubrica 102

Item dicimus et ordinamus quod superstites qui
fuerint super custodia facienda de aliquo de-
tento occasione rebellionis contra communem vel mu-
tationis status partis communis Fulginei non permictant
quod aliquis vadat ad ipsum detentum seu adiracere
cum ipso detento nec ad loquendum cum ipso detento.
Et si quis contrafecerit in 25 libris denariorum in communi qualibet vice communi
Fulginei condempnetur.

De inventis in taberna post tertium sonum campane. Rubrica 103

Item dicimus et ordinamus quod quicumque in civitate
Fulginei inventus fuerit in aliqua taberna post
tertium sonum campane que pulsatur de sero per
aliquos offitiales civitatis Fulginei in quadraginta solidis denariorum
pro qualibet vice communi Fulginei condempnetur. Et tabernarius condempnetur
similiter in tantundem exceptis forensibus qui hospitati
fuerint in civitate Fulginei qui invenirent in hospi-
tiis in quibus essent hospitati qui ad penam aliquam
minime teneantur. Et quod ille cuius fuerit domus in qua
esset dicta taberna ac sui familiares si invenirent
in dicta taberna post tertium sonum campane non teneantur
ad penam.

De sententiis non ferendis in bonis proditorum et rebellium communis Fulginei. Rubrica 104

Item dicimus et ordinamus ad refrenandam
iniquam audaciam illorum qui appetunt et conantur
bona iura communis Fulginei devorare quod potestas capitaneus
eorumque iudices et offitiales nec aliquis ipsorum possit

Jn statuto communis li. 4. c. 77. et 79. et pena .100. solidorum

nec debeat aliquam sententiam seu interlocutoriam per-
ferre seu dare ad petitionem alicuius persone in bonis pro-
ditorum et rebellium ac proditorum dicti comunis nisi primo
petitio que data esset vel daretur in futurum legatur
in consilio populi et rectorum artium dicte civitatis Fulginei. Et
ipsa petitione lecta debeat ire et mitti ad bussulas
et palluctas. Et si per duas partes consiliariorum dictorum consiliorum
optentum fuerit quod sententia sit ferenda in bonis predi-
ctis ipsa sententia post modum dari et ferri possit sim
tura coram dominis rectoribus seu eorum officialibus intro-
ducta. Et si aliter fieret et sententia ipsa daretur non valeat
ipso iure auctoritate presentis capituli. Et capitulum populi super dictis
totum processum factum super dictis bonis vel ipsorum al-
terquo per nuntiare debeat cassum et vanum et nulli-
us valoris et nihilominus tali agenti seu petenti impo-
natur silentium ut ad penam mille librarum denariorum. Amplius
civitatis Fulginei seu sindicum ipsius comunis vel aliquem detento-
rem de bonis predictis debeat molestare. Et hoc ca-
pitulum sit precisum cui nullum aliud capitulum in vel
contrario positum derogent.

Quod bona rebellium et proditorum comuni consistant — Rubrica 105

Item dicimus et ordinamus quod omnes et singuli
rebelles proditores ac etiam exbanditi civitatis Fulginei
occasione proditionis conventicule aut mutationis
status presentis civitatis predicte sint et habeantur pro exbandi-
tis dicti comunis Fulginei. Et quod omnia ipsorum rerum que ipsorum pro-
ditorum et rebellium bona sint et esse debeant auctoritate
presentis capituli dicto comuni Fulginei confiscata et totaliter pu-
blicata. Et quod pro publicatis et confiscatis dicto comuni pro pre-
tio habeantur.

Quod homines artis salaniariorum non rogant habere marcum ad pondus pontus — Rubrica 106

Item dicimus et ordinamus quod homines artis sala-
niariorum ad pondus marchi non emunt sed vendunt
scilicet sagimie carnes casium assongiam et res
alias minutas et minutatim, quod homines dicte artis
non rogant nec teneant habere marcum ad punc-
tum, et de maiori marco non teneant ad bannum,
de minori et sic, dummodo cum dicto marco minori
non possint aliquid emere ad pondus, pena .100.
solidorum denariorum pro quolibet et vice qualibet qua contrafecerit, in
quibus et capitulis populi Fulginei contrafaciens puniatur.

De debitis satisfactis non petendis — Rubrica 107

Item dicimus et ordinamus quod si debitor alicuius
illi a quo aliquid peteretur ostenderet instrumentum
quietationis debiti petiti, vel instrumentum debiti extracte-
vetis tempus .x. annorum, vel instrumentum debiti cancellatum, seu
in casum quod non teneatur ad depositum faciendum. Et petens
debitum solutum sibi vel alteri pro quocumque condempnetur
in .xxv. libris denariorum parvorum comuni Padue. ¶ Item quod potestas tene-
atur et dare familiam suam ad petitionem creditoris ad
capiendum debitorem sine aliquo salario.

¶ Vide statuto comunis li. i. rubrica 79 et rubrica 100 et in rubrica 204

¶ Per sceptro et in note

¶ Quod executor det familiam sine pretio etc.

De manutenenda trasanna comunis — Rubrica 108

Item dicimus et ordinamus quod capitulum populi civitatis
Fulginei teneatur et debeat trasannam comunis Fulginei
que est a latere stalarum palatii populi dicte civitatis versus
plateam nettam manutenere purgatam et exgo-
moratam et bene cooptam et actatam pena pristiti
meriti et 500 librarum denariorum in quibus si fecerit per sin-
dicum dicti comunis ipsi comuni debeat condempnari. ¶ Item quod
subtus dictam trasannam panifacule et panem vende-
tes teneantur et debeant stare ad vendendum pa-
nem pena .100. solidorum denariorum. Et pro mora quam facient
dicte panifacule subtus trasannam predictam teneantur
et debeant solvere predicto comuni anno quolibet .xx. solidos denariorum
parvorum pro qualibet ipsarum. ¶ Item quod omnes piscatores
et pisces vendentes et ipsos pisces vendere volentes
morentur et stent ad vendendum pisces ipsos super
lapidibus seu petronibus qui extant in medio dicte
platee et non alibi pena .xx. solidorum denariorum in quibus contrafacientes
per supradictum capitulum comuni predicto debeant condempnari. Sal-
vo quod quando plueret ad penam ipsam minime teneantur.

De satisfaciendo indebite gravatis — Rubrica 109

Item dicimus et ordinamus quod potestas capitaneus et priores
populi civitatis Fulginei et quilibet ipsorum per se teneantur
in vinculo meriti ad petitionem cuiuscumque petentis fa-
cere satisfieri de bonis et rebus que fuerunt olim rebellium
dicte civitatis Fulginei illis personis que manifeste et no-
torie fuerunt condempnati et gravati sine causa contra veri-
tatem et iustitiam tempore quo iniquus Corradus Ante-
stati et sui sequaces dominabantur in ipsa civitate et
que persone huiusmodi condempnate et gravate videbuntur
declarentur et nominentur per consilium priorum populi civitatis
predicte quibus sic declaratis consilium ipsum discretis

ꝑ videat et dampnu extiment seu extimari faciant
dicte talis ꝑson indebite grauate et condempnatꝰ. Et
dampnu daz facere ipi tali ꝑson in solutum de bonis
ꝑdcis ipi tali ꝑson ꝓut dampnificata erit et credo esse
in indebite conuenire. Et nihilominus fiat sindicus
ꝑ dcum coe ad pmictendum defensionem eius qd ra-
ꝑ dcum erat sup dcam dce tali ꝑson indebite grauatꝰ
et condempnatꝰ. Et qd si contingeret dcam talem ꝑsona
uelle uendere de bonis pdcis sibi datis in solutum. Ꝗ.
pdcus sindicus una cum dca tali ꝑsona obligent
se ad defensionem dce rei in solutum datꝰ. ¶ Itꝫ
qd siquis moueat litem alicui de comunis fulgꝰ cui bo-
num erit de bonis pdcis qd talis moueas litem tenea-
tur dare fideiussorem in pnc. litis mouende
de soluendo et restituendo illi ꝑson qd qua causa
mouet duplum eius qd peteret si contingeret
succumber in ipa ca. ¶ Itꝫ qd si alicui pdcor
cui satisfieri debuit non fuit integre satis-
factum qd possit et capere et quibus ipor tem erat
iudicto infra .x. dies postqꝫ petitu fuerit cora-
ni aut ipor alto eydem facere satisfieri inte-
gre cum effectu. Et si eidem talis cui integre satis-
factum non erit haberet aliquam rem siue possideret
de bonis dcor rebellium qd libere retiner possidere
et fructare possit siue aliquo ptio donec eydem
de pdcis fuerit satisfactum. Et dcti potestas
testas nec capitꝰ sup dci nec aliquis alius of-
ficialis cōther debeant usqꝫ ad integra satisfac-
tionem pdcam ad pena 100. libr den. pro quolibz
ipor qui contrafecerit coi fulgꝰ applicandor.

¶ Quod notarius qui erit sup teneatur facere aptari conductum aque blanche — Rubrica 110

Item dicimus et ordinamus qd notarius qui erit sup
officio maior iudicio maiori et pdictoꝝ salarij eiusdem sup
officij teneatur et debeat conductum aq blanche facere
et reaptari in qualibet pte sui adeo qd nulla alia aqua
intrare ualeat labere seu discurrere in dcum conductu.
Et qd dca aqua per ipm conductum bn et comode at sine
impedimento fluere ualeat et currere ad fontes
muris fulgꝰ. Et ipm opus fiat omnibus et singulis
expensis coīs pdci. ¶ Itꝫ qd nō nius sup dictus

Aqua bessa(?)
vide .5. [illegible] 62

¶ Quod mouens litem alicui de bonis comunis debet satisfacere [illegible]

45v

~~teneantur~~ et debeant vinculo iuramenti omni mense durante suo
officio accedere ad videndum et discutiendum dictum con-
ductum a venis unde dictum conductum manat oritur
et incipit prout protenditur et venit seu labitur usque
ad civitatem Fulginei et discutere et videre si ipsum conductum
in aliqua parte sui esset devastatum. Et si ipsum conductum
invenirent seu esset in aliquo devastatum vel cursum
aque per ipsum labentis aliqualiter impeditum facere reac-
tari et reparari omnibus et singulis expensis ad vicina-
rum ipsi conducto ad penam supra declaratam. Et
quod potestas populi dicte civitatis qui pro tempore fuerit teneantur
et debeant pena potestati iuramenti in quam ipso facto incur-
rant accedere personaliter ad videndum et discutien-
dum dictum conductum a venis et loco unde exit et in-
cipit usque ad dictam civitatem Fulginei omni mense eorum
officio perdurante. Et si invenerit ipsum conductum aut
iter ipsius in aliquo devastatum seu cursum aque ipsius quo-
libet impeditum facere teneantur et in pristinum bonum
statum reduci ad petitionem cuiuscumque petentis. Et
si quos invenerit ipsum conductum devastasse eosdem
facere teneantur et eosdem puniri facere per capitaneum
seu potestatem prout eis melius videbitur convenire
in penis contentis in statuto populi loquentis de dicto conducto.

Item dicimus et ordinamus quod si expediret in ali-
quo loco audienti necessario mittere seu ducere ali-
quam aquam extra ipsum conductum ex ductionibus seu aqueductibus
alique possessionem aliam quod potestas populi dicte civitatis te-
neantur et debeant ad petitionem cuiuscumque petentis
personaliter accedere ad ipsam possessionem seu locum
unde petitur ipsam aquam velle ducere seu mittere et con-
videre. Et si viderint ipsam aquam non posse habere
aliud cursum iter seu exitum comode quod ipsi permit-
tant ipsam aquam immitti et posse duci super
ipsum conductum. Salvo semper et reservato quod ex dicta im-
missione seu ductione dicte aque itineris seu transitus
ipsius ipsum conductum vel aqua in laboreriis et discurrens
eorum possit nullatenus impediri nec ipsa aqua
turbefieri. Et captatio et reparatio dicti exitus
ductionis et immissionis ipsius aque et omnia alia occurrentia

arcem illud fiat et fieri debeant omnibus expensis dic-
tarum petentium modo et forma supradictis declaratis et
tamen semper predicta omnia remaneant in prudentia
dominorum priorum populi supradicti qui pro tempore fuerint.

Quod priores et confalonerius sedare possint ac ponere discordias que orirentur inter potestatem et capitaneum. Rubrica 111.

Item quia si qua discordia oriretur quod deus
avertat inter potestatem capitaneum seu officiales
quoscumque alios comunis Fulginei posset ipsi comuni preiudicium
non modicum generare. Idcirco ad omnem dissensio-
nem et scandali materiam evitandam ordinamus
et dicimus quod si aliqua discordia inter potestatem et
capitaneum seu officiales aut familiares ipsorum modo aliquo
oriretur quod priores et confalonerius populi civitatis Fulginei
possint et debeant ipsas discordias sic eis videbi-
tur pro statu civitatis predicte sedare diffinire po-
nere et terminare. Et dicti potestas et capitaneus et eorum
officiales et familiares teneantur et debeant vo-
luntati ipsorum priorum et confalonerii assistere obedire
et totaliter consentire in omnibus et per omnia que eisdem po-
rioribus et confalonerio videbitur et placuerit convenire ac
faciendum. Et si dicti potestas capitaneus officiales et
familiares ipsorum non obedierint et totaliter non
assentient voluntati. Et in omnibus aliis que circa
predicta per priores et confalonerium super dictis mandata
fuerint eosdem et fieri nollent in 500 libris denariorum pro
quolibet et vice qualibet comuni Fulginei condemnari debe-
ant per sindicum comunis predicti.

De hiis qui noluerint seu non potuerint in curia comunis Fulginei civiliter et criminaliter convenire. Rubrica 112

Item dicimus et ordinamus quod si aliquis qui non est
... dictionis et non posset seu nollet in curia
comunis Fulginei civiliter et criminaliter conveniri offenderet aliquem
... civem vel comitatinum seu quod consanguineum offen-
si et ipse offensus et eius familiares possint offendere
talem offendentem. Et si ipsum interfecerint in 100 s.
den. dicto comuni debeant condemnari. Et si percusserint cum
sanguinis effusione in xx s. den. comuni Fulginei condemnentur.
Et ad aliam penam teneantur in statuto populi quod comunis.

Vide statutum comunis libro ij rubrica 13 et in rubrica 151 et rubrica 157 174 ... Et si quis etc. rubrica 220 et rubrica 221 ... quis nollet. Et quibus aliis ut in ... quod quicumque etc.

De offensa facta per eum qui non respondet vel conveniri seu non possit Fulginei conveniri in curia etc.

Nota contra quod pro homicidio pena 100 s. et quod qualibet alia offensa xx s. ... non possit occidi ut in rubrica 157 ... et priorum ... [illegible] ... ibi dico pro solutione ... [illegible]

Et si nollet conveniri ... non potuit in criminalibus ut in dicto statuto comunis libro ij rubrica 13 ...

46v

fulginei contentam nullatenus teneatur nec possit condempnari
nisi tantum in penis predictis ut dictum est. Et si talem of-
fendentem qui non esset nec iurisdictionis seu non posset
vel nollet in curia dicti comunis fulginei civiliter et criminaliter
conveniri aliquis receptaverit associaverit vel de-
derit eidem auxilium consilium vel favorem subiaceat penis
contentis in statuto seu capitulo statutis dicte civitatis loquenti-
um de homicidiariis, dummodo noluerit seu non potuer-
it se constringere in curia comunis fulginei et coram potestate
capitaneo et aliis officialibus ut superius dictum est. Et
si aliquis non civis vel comitatensis occasione alicuius
offense facte tali offendenti citatus vel requisitus
esset coram iurisdictione comunis fulginei pro comune fulginei defenda-
tur ut melius visum fuerit potestati et capitaneo
ac prioribus populi civitatis fulginei. Item quod si aliquis fo-
rensis interfecerit vel interfici fecerit aliquam personam de
civitate vel districtu fulginei in continenti probato ma-
leficio eidem occidenti debeat caput penitus ampu-
tari et detruncari omnino. Item quod si offendens dic-
tam talem personam que nollet seu non posset
in curia comunis fulginei conveniri ut supra dictum est debebit ad
aliam curiam citatus fuerit ob dictam offensam
et condempnatio inde secuta fuerit contra dictum offend-
entem potestas et capitaneus teneantur et debeant de meo
merito et expensis eorum salarii ad quod pro potestate populi
debeant condempnari talem offendentem seu off-
endentes tam de ipsis condempnationibus factis quam et de
expensis consumatis et consumandis factis in dictis XV
dies postquam condempnatus fuerit. Expensas vero tali
offendenti faciat exiberi. Et potestas populi quique
tempore fuerit tales expensas acceptare debeant de meo
merito. Et hoc capitulum sit precisum in qualibet parte sui
cui nullum aliud capitulum in vel retro positum contradicat
et si contradiceret hoc presens capitulum illi derogetur. Item quod
quicumque illum qui nollet seu non posset in curia
comunis fulginei civiliter et criminaliter conveniri offenderet
in persona et rebus nulli penis subiaceat nisi illis pe-
nis seu penis super contentis alicuius capituli comunis vel populi non

---

Marginalia (left):

Quod comune defendat civem vel comitatensem qui illum offenderit qui nollet seu non posset in curia comunis fulginei conveniri etc.



Quod si talis offendens illum qui nollet vel non posset in curia conveniri in aliqua curia fuerit condempnatus quod defendatur ut in prius etc.

Marginalia (right):

Pena receptantis illum qui non posset seu nollet in curia comunis fulginei conveniri offenderet civem vel comitatensem sociantis vel dantis ei auxilium vel favorem

Forensis homicidium committens in civem vel comitatensem caput amputatur. Vide statutum comunis li. 4 r. 37

Quo ad quod differt iste textus a primo parte dicit quod hic potest ab omni offendi ibi ab offenso et suis consanguineis et familiis etc. Et ibi ille offenderet civem vel comitatensem quod hic non reperitur non etc.

¶ Pena ducentis aliquid dicentis contra statuta huius capituli etc.

obstantibus. ¶ Item quod nullus advocatus vel procurator
audeat vel presumat dicere vel allegare aliquid contra
predicta vel aliquid predictorum. Et si quis contrafecerit in .100.
libr. den. com. Fulg. debeat condempnari per potestatem civitatis
predicte. ¶ Item quod nullus de civitate Fulg. vel eius di-
strictu audeat vel presumat associare aliquem qui
non posset seu nollet in dicta civitate commorari
non posset seu nollet ad insultum aliquem faciendum contra aliquem
quemcumque ad insultum aliquem faciendum contra aliquem
vel manu ipsius intrare possessionem alicuius
nec eum sine expressa licentia illius cuius fuerit possessio nec
etiam dare auxilium consilium vel favorem in predictis vel
aliquo predictorum sub pena .50. libr. den. pro quolibet et
quociens in quibus fuerit faciens per potestatem et capitaneum
comunis Fulg. condempnetur. ¶ Item si potestas capitaneus vel rector
comunis Fulg. condempnet aliquem qui offenderet aliquem qui non posset
officialis aliquem qui offenderet aliquem qui non possit
seu nollet in curia comunis Fulg. commorari
seu nollet in curia comunis Fulg. commorari in aliquo in
quocumque condempnarent vel gravarent in aliquo in
.500. libr. den. com. Fulg. deposito eorum officio per sindicos
dicti comunis ipsi comuni debeant penitus condempnari. Et teneantur
dicti comunis ipsi comuni debeant penitus condempnari. Et tene-
atur illum quem condempnaverit vel gravaverit seu
condempnari vel gravari fecerit conservare indempnem de
dampnis et expensis redditibus omnibus in quibus per sindicos
supradictum seu ratiocinatorem dicti comunis debeant condem-
nari. Et hoc capitulum sit precisum in qualibet parte
sui cum nullum aliud capitulum iam vel retro positum con-
trarium possit in aliquo derogari. ¶ Item ordi-
namus et dicimus statuentes quod si aliqua persona
de civitate Fulg. vel eius districtu faceret aliquam
aliam personam cuiuscumque condictionis existat vocari vel
citari occasione alicuius processus facti vel fiendi seu
questionis inter easdem personas mote vel movende
tam civiliter quam criminaliter alibi quam in curiis comunis Fulg.
seu episcopatus eiusdem videlicet in dicta curia episcopatus predicti
seu pro aliqua causa ecclesiastica vel spirituali seu occasione eiusdem
questionis predicte quod dicti tales qui dictam talem personam
vocari aut citari fecerit ut dictum est puniatur
in penis superius declaratis. Et ad processum faciendum
contra dictum talem vocatum aut citatum alibi quam in
curiis supradictis ille talis vocatus aut citatus mi-
nime teneatur nec contra eum idem processus et sententia in
scriptura valeant et eque nullo modo aucthoritate presentis capituli.

¶ Pena associantis potestatem talem qui nollet vel non posset commorari vel ad insultum aliquem vel possessionem alicuius intrandum etc.

¶ Pena potestatis capitanei et aliorum officialium si condempnaverint illum qui offenderit personam quem non posset vel nollet in curia Fulginei commorari

¶ Pena Fulginatis facientis aliquem citari extra curias civitatis Fulginei etc.

47v

De corruptis mortuorum — Rubrica 113.

Item dicimus et ordinamus quod in funere mortuorum
seu alicuius defuncti nullum corruptum fiat per ali-
quos seu aliquas nisi tantum in domo defuncti vel ubi
defunctus moreretur. Et nulla mulier audeat acce-
dere cum candelis ad ecclesiam et ad quam corpus defuncti
deferetur quando ipsum corpus ad ecclesiam mitteretur vel portatur.
Et mulieribus liceat in domo in qua corpus defuncti
iacuerit corruptum facere prout sibi placuerit. Cor-
ruptum non intelligatur hoc modo videlicet quod si quis sibi bi-
rretum caputeum vel cappellum extraxerit vel dela-
niaverit sibi pannos vel manus sibi dederit ad fa-
ciem seu sibi capillos extraxerit in .100. solidos denariorum communi fu-
lgf vice qualibet condemnetur. Et ad hoc ut predicta ser-
ventur preccones seu banditores communis omni occasione
remota ire debeant ad domos ipsorum defunctorum et
ad ecclesiam in qua seu ad quam corpora ipsorum portarentur
pro ad funera ipsorum defunctorum ad penam .x. solidorum denariorum
pro quolibet et vice qualibet et gridare debeant et ten-
eantur voce preconia itaque omnes persone masculi et femine ibi-
dem stantes audire valeant predictum capitulum contenta in eo ipsaque
debeant firmiter observare ad penam .100. solidorum denariorum. Et nocturnus ma-
[illegible] dicti communis qui pro tempore fuerint ad ecclesiam ad quam ipsum
corpus deferetur teneantur et debeant accedere et inquisitionem
facere de predictis. Et si potestas vel capitaneus fuerint negligentes in
faciendo vel fieri faciendo predictam inquisitionem de predictis et
in condemnando illos vel illas quos vel quas culpabiles inve-
nerit quotiens contrafecerit et negligentes fuerint in
100. libris denariorum per sindicum ipsius communis debeat condemnari. Et quili-
bet possit ipsum potestatem ac capitaneum denunciare dicto sindi-
co in fine sui regiminis et habeat quartam partem banni.

¶ Item quod nulla persona debeat inquirere aliquem seu
aliquam eundi ad aliquem mortuum vel ea faciendi ob-
lationes seu offertas de nocte ante sonum campane que pulsa-
tur de mane ad penam. ¶ Item quod nulla mulier possit nec
debeat remanere in domo de qua corpus mortuum vel in-
ortue emissum seu extractum fuerit postquam ipsum cor-
pus de domo predicta fuerit ad ecclesiam deportatum nisi talis
mulier pertinuisset tali defuncto consanguinitate vel

Quod in domo alicuius mortui non remaneat aliquis nisi coniuncti usque in 3um gradum

affinitatis usque in tertium gradum et qui contrafecerit in .100.
ß den. comuni fulginei condempnetur. Et quilibet possit contrafacientem
accusare et habeat medietatem banni. ¶ Item quod nulla per-
sona debeat ire ad aliquam offertam extra civitatem fulginei
ad penam .100. ß den. et cuilibet liceat contrafacientem accusa-
re et habeat medietatem banni. ¶ Item quod nulla perso-
na debeat mittere panem ad domum quorum fuisset
alicuius defuncti pro offerta vel ipsis causa sub dicta pena.
Et quod unicuique liceat morari ad officium dum corpus
defuncti erit in ecclesia sine pena et banno dummodo non
faciat corruptum. Et si potestas in predictis fuerit ne-
gligens perdat de suo salario .100. libr. den. ¶ Item quod
nulla persona induat se de aliquo panno nigro occa-
sione tristitie vel mortis alicuius defuncti nec debeat dela-
niare sibi manicas seu pannos de dorso nec delaniatos
portare pena .25. libr. den. in quibus contrafaciens comuni fulginei
condempnetur dummodo hec non vendicent sibi locum nec se
extendant ad uxorem talis defuncti. ¶ Item quod uxor
vel cuiusque defuncti non possit nec debeat extra domum
se induere aut indui facere aliquo panno in dumali
nec se decingere aut decingi facere recingere aut
recingi facere aliquam centuram nec etiam se expolire
aut expoliari facere aliquo panno. Et qui contrafecerit
in predictis vel aliquo predictorum in .25. libr. den. pro vice comuni
fulginei condempnetur. Et hec intelligantur tempore mortis et
quo fuerit dolentia sive corruptum inter dictas
tales mulieres. ¶ Item quod nullus de aliqua qua-
cunque fraternitate possit nec debeat ad funus
alicuius mortui ire seu stare indutus aliquo saccho
seu alio panno de cilicio cucullata facie sed tantum ire et
stare possit indutus prout et solitis pannis continu-
is vestimentis nec etiam tempore funeris alicuius mortui di-
cere seu facere aliquod officium seu laudes vel alias cantile-
nas. Et quicumque contrafecerit in .100. ß den. comuni fulginei condem-
netur. ¶ Item quod nullus audeat comedere in domo
alicuius mortui vel filiorum vel alicuius sui consanguinei nisi
esset frater vel soror carnalis fratris et sororis. Et hoc
a die qua talis mortuus sepultus fuerit usque
ad .xv. dies proximos. Et quod nulla persona possit n

¶ Quod nullus comedat in domo defuncti [illegible] nisi fra-
ter soror carnalis et [illegible]

debeat.

48v

debeant exceptis personis superius notatis aliquod consi-
nium facere nec panem seu vinum aut carnes nec ali-
quod aliud quod trahi possit ad consilium mictere ad dom-
um predictam. Et qui contra fecerit in .25. libr. den. dic-
toi debeant condempnari tam mictens quam ille ad cuius dom-
um predicta vel aliquod predictorum portarentur et in cuius domo
consilium fieret quam et quilibet ex convenientibus in convivio
supradicto. Et nomine massariorum dicti comunis teneatur et
debeat ire ad domum mortui et inquirere de predictis.
Et nulla mulier ire debeat ad aliquem mortuum ex-
tra districtum Fulginei pena .100. soldorum den. in quibus dotes ipse
mulieres ducte per aliquam consanguineam defuncti
vel defuncte. Item quod potestas comunis Fulginei qui pro tempore
fuerit teneatur et debeat in dicto introitu et pena .200.
libr. den. de suo salario in primo consilio quod fieret tempore sui
regiminis .i. octo dies facere legi presens capitulum et omnia
singula in ipso contenta executioni mandare sub pena
predicta. Et nihilominus ea bandiri facere per loca solita
et consueta dicti comunis. Item quod nulla mulier seu vi-
ror alicuius defuncti debeant stringi seu accingi
per aliquam personam dicti qua maritus decesserit seu se-
pelliretur nec post ex domum publice vel occulte
nec ut dictum est se induere aut induci facere
aliquo panno induviali nec se expoliare aut expo-
liari facere. Et si quis contrafecerit tam ipsa mulier
quam ille qui eam accingeret seu discingeret aut in-
dueret vel expoliaret in 25. libr. den. pro quolibet
ipsorum per potestatem dicti comunis Fulginei debeat condempnari.
Et quilibet possit contrafacientem accusare et denuntiare
et habeat medietatem banni et nomen accusatoris
aut denuntiatoris teneatur secretum et credatur
iuramento ipsius accusatoris seu denuntiatoris cum uno te-
ste. Item quod nulla persona comunis Fulginei vel di-
strictus sciat aliquid audeat vel presumat portare
facere per comunis Fulginei vel cuius districtum ad se-
peliendum aliquod corpus mortuum detectum sive
discopertum ad penam 25 libr. den. per heredes ipsius
mortui vel per illum seu illam qui vel que eidem su-
ccederet solvendam et cetera predicto. Et quod nulla perso-
na corpus mortuum sic detectum portare debeat
ad sepelliendum pena .x. libr. den. pro quolibet et
vice qualibet in quibus penis sint facientes per potestatem

seu capitulum debeant condempnari. ¶ Item quod nulla mulier
in dicta civitate Fulginei vel districtu possit nec de-
beat occasione mortis alicuius persone incedere aut
stare ad plorum mulierum nec balsum portare
scapucatos ob mortem nec pannos fuscos seu brun-
tos in capite deferre pena et banno 100 solidorum den.
pro qualibet vice et qualibet qua aliqua mulier contra
fecerit que pena veniat in comuni Fulginei dummodo hoc
locum non habeat in uxore alicuius mortui cum tali uxo-
ri liceat occasione mortis sui viri incedere et stare
ut sibi placuerit et debitum convenit. ¶ Item quod nu-
lla mulier possit nec debeat in aliquo monasterio
seu loco religioso occasione mortis alicuius persone facere
aliquod corruptum sub pena predicta pro qualibet persona et
vice qualibet qua hoc fecerit liceat tamen ea die tan-
tum qua corpus defuncti traditum fuerit ecclesie sepu-
lture illis personis de domo de qua missum fuerit
corpus defuncti seu de qua fuisset talis defunctus
accedere ad monasterium et locum religiosum quod et quem
voluerit cum .iiij. personis tantum. Et si talis persona
de domo dicti defuncti elapsa die predicta corruptum
fecerit in monasterio seu loco predicto in 25 libr. den.
comunis Fulginei condempnetur. Et si qua persona ultra dictum
numerum personarum predictum iverit in 100 sol. den. comunis Fulginei
condempnetur. Et potestas et capitaneus et eorum officiales te-
neantur inquirere super predictis contra culpabiles
punire et condempnare in penis predictis in isto capitulo contentis. et
pena 100 libr. den. de eorum salario comunis Fulginei applicanda.

De sponsalitiis et ordine servando in illis — Rubrica 114

Item nos statutarii supradicti singula capi-
tula apposita et descripta in statuto comunis Fulginei
contenta in eis tractantia de sponsalitiis et de
modo et ordine tenendo in illis approbamus. Et illa
eadem nos facimus et firmamus et valere volumus
in omnibus et per omnia acsi in presenti statuto proprie essent sta-
tuta apposita et descripta. hoc tamen addentes eisdem
quod contenta in ipsis capitulis locum non habeant nec
se extendant ad preterita sed tantum ad presentia et futu-
ra. ¶ Item quod nulla persona tempore celebrationis ali-
quarum sponsalitiarum nec non nuptiarum possit nec
debeat psallere nisi tantum in domo seu domibus ubi

Approbatio statutorum que loquuntur de materia sponsalitiorum

cet vel fieret celebratio supradicta et non alibi. Et qui
contrafecerit in .100. s. den. co(mun)i fulg(inei) condempnet(ur). Item
q(uod) quelibet mulier que h(ab)uisset alium vir(um) et domum tra(n)s-
ferret ad secunda vota secundum alium q(uem) haberet matrimo-
nium possit et sibi sit licitum movere se du(m)
transduceret(ur) ad domum ip(s)i(us) s(e)c(un)di viri a domo ip(s)i(us)
talis mulieris seu aliqua movetur t(em)p(o)r(e) ip(s)i(us) trans-
ductionis et non ab aliqua c(ontra). Item q(uod) si aliqua mulier
incurreret aliquam penam eo q(uod) faceret contra ordinamen-
ta loquentia de supradictis sponsalitiis seu sponsalibus, ta-
lem penam solvere teneatur et debeat de bonis suis
dotalibus seu aliis q(ue) h(ab)eret.

De dampnis datis p(er) aliquos exbanditos. Rubrica 115.

Item dicimus et ordinamus et p(er)petuo statuto firmamus q(uod) si ali-
qua dampna incendia aut guasta darent(ur) in civit(ate)
fulg(inei) vel eius districtu in aliquibus bonis aut possessionibus ar-
boribus vineis fructibus domibus palatiis vel aliquibus aliis
bonis vel q(uod) aliquis de dicta civit(ate) vel districtu p(er)sonalit(er) ca-
peretur et p(ro) redemptione p(er)sone talis capti aliqua pecunie
quantitas solveret(ur) vel esset soluta vel aliquid aliud in rebus
aliis q(uod) ad emendationem dictorum dampnorum nec non ad restituti-
onem pecunie seu rei alterius de quibus s(upra) fit mentio teneant(ur)
dampni datores et alii om(ne)s p(er) captores. Et si huiusmodi dam-
num dantes vel dampni datores seu captores essent exba-
niti co(mun)is fulg(inei) satisfaciant de bonis ipsorum si invenirent(ur)
alias matres patres fr(atr)es et sorores dictorum dampna et incendi-
a committentes satisfacere teneant(ur) et debeant dampna et
guasta vel incendia passis nec non ad satisfaciendum
totum et omne eius quod talis p(er)sona dampnificata esset vel
p(ro) redemptione ip(s)i(us) p(er)sone solvisset aut solvi fecisset et
de hoc stet(ur) sacramento illius qui captus fuisset et se rede-
misset seu dampnum guastum vel incendium recepisset
vel sustinuisset. Qui patres matres fr(atr)es et sorores in
dictis casibus ad emendationes predictas faciendas penitus
teneant(ur) infra x dies postq(uam) liquebit de vera predicta. Et si
non patrem matrem fr(atr)em et sororem non haberent dampna
talia et alia s(upra)d(ic)ta committentes ipsa dampna p(er) co(mun)e fulg(inei)
et de ip(s)i(us) co(mun)is pecuniis debeant emendari infra dictum terminum
computandum a die extimationis dicti dampni que extima-
tio fieri debeat p(er) priores p(o)p(u)li fulg(inei) qui p(ro) t(em)p(o)r(e) fuerint vel
duos homines eligendos p(er) eos. Et camerarius dicti co(mun)is
qui p(ro) t(em)p(o)r(e) fuerit teneat(ur) et debeat in dicto [illegible] et

Inveniat hic q(uod) de hiis dap(nis) ... nunc datis cognoscat potestas

[illegible]

pena xxv libr. den. pro vice qualibet qua contrafecerit communi Fu-
dicti communis vel iuxta ipsam tamciam. Et venit postea et
volvit se inter speciales personas et dictum commune et descendit
per revolutionem usque ad fontem Palumbam et ad aliam
flamineam mediati (?) cum suis formis. Et omnes alias
formas et flamineas seu cavatinas sicut per dicte omnes
fuerunt cavate et recoperte (?) et terminate tempore domini Gerardi
de Marzolinis (?) de Mutina tunc potestatis dicte civitatis Fulginei /
et potestas et capitaneus dicte civitatis teneantur et debeant in dicto
statuto (?) et pena 100 librarum denariorum pro quolibet manutenere in
statu et conservare illesas et salvas defendere et custodire
iuxta eorum posse. Et si cavatina que vadit inter commune et
speciales personas fuerit in aliquo devastata vel repleta
quominus aqua fluere libere non valeat a capite
usque ad pedem seu finem, facere reduci dictam foram (?)
officiales predicti teneantur in pristinum [illegible] facere
reactari et remundari ab illis personis qui sunt circumsta-
ntes ubi dicta flaminea seu fora fuerit repleta
aut devastata. Et dicti officiales teneantur in dicto
statuto (?) et pena 100 librarum denariorum pro quolibet ipsorum singulis
mensibus accedere ad dictam paludem et videre omnes predictas
flamineas foras et stratas et circum ipsam paludem erit

12 3.87

aliquid faciendum teneatur cum effectu bona fide et sine
fraude fieri facere. Et terras et possessiones que locate
non sunt facere locari secundum quod placuerit consilio generali
Teneantur et debeant dicti officiales facere duos
libros memoriales seu registrales in quibus pona
tur omnes et singule locationes seu conductiones terra
rum dicte paludis unusquisque eorum debeat in scrip
turis unum maiorem in scrineo communis qui debet esse alter
vero reponatur in sacristia dicti communis. Et predicta omnia et
singula teneantur dicti officiales prestare executioni man
dare. Et depredatores petere non possint aliquam executionem
vel excusationem quominus executioni mandent. Et
si petent seu permittent quod predicta ponentur seu
suspendentur in consilio in .x. libr. den. com. Fulg. debeant
condempnari pro quolibet. Et presens capitulum sit precisum et semper
reponatur de statuto in statutum. Et per dictum commune in strata
facta inter foram predictam et commune Fulg. et speciales perso
nas ipsius communis fiat unus bonus pons et fiat alia fora
a dicta strata usque ad flumen. — ¶ Item quod quilibet sol
vat fictum in termino in statuto contento Et si non solvat
pro quolibet mense quo ultra dictum terminum steterit solvat
.xij. denarios ultra fictum quod solvere tenebat vel deberet
¶ Item quod dictum commune teneatur et debeat solvere seu
observare affictatoribus quicquid promissum fuerit eis
et quod continetur in instrumento ficti. = ¶ Item quod capitulum populi
civitatis Fulg. teneatur et debeat pena 100 libr.
den. tantum facere et curare quod tota palus dicti communis at
tetur ut melius fieri potest. Et fiat in eo quicquid fu
erit faciendum pro eo modo et utilitatis ipsius paludis
et communis Fulg. Et omnes persone que possidunt vel habent
in dicta palude .i. foras terras seu formas ipsius paludis
illud vel vendere teneantur dicto communi et debeant eis satis
fieri secundum estimationem factam dicto in catasto dicti communis Et
hoc teneantur facere fieri capitulum supradictum in dicto mense

d. p.

facere actari omnes flamineas factas in dicta palude per commune
fulginei et facere refici pontes qui sunt in dictis flamineis
itaque quolibet tempore homines et bestie possint ire et redire
Et nulla persona possit nec debeat in foveis ipsius paludis
macerare canapum seu linum nec macerari facere nec
piscari sine licentia potestatis et capitanei dicti communis fulginei
Et qui contra fecerit in ·100· solidis denariorum per dictos officiales possit
et debeat condempnari Et quilibet possit et debeat contrafacien-
tem accusare et habeat medietatem banni ¶ Item quod affictus
qui colligitur et habetur de dicta palude pro dicto communi non possit
dari seu expendi pro aliquo facto dicti communis nisi in acquisitione
seu emptione quam faceret dictum commune et aliter expendi
non possit dictus fictus nisi pro emptione seu acquisitione
quam seu quod faceret dictum commune. Et si quis contra fecerit
vel predicta proposuerit in consilio vel arengha quod dictus
fictus aliter expendatur nisi ut dictum est quilibet
ipsorum pro sindico dicti communis ipsi communi debeat condempnari. Et
de predictis officiales predicta absolutionem petere vel hec non
ponere in aliquo consilio vel arengha nec de predictis possit
aliqua absolutio fieri. Et si fieret non valeat ipso
iure. ¶ Item palus de Rosario debeat reactari intus
et extra foveam ipsius paludis per commune et fieri debeat hoc
per capitaneum presentem sub pena et banno · L · librarum denariorum ¶ Et per dic-
tum capitaneum de mense septembris eligatur et eligi debeat
tres boni homines scilicet de quolibet terzerio unus seu quod
unus sit notarius super manutenenda palude pre-
dicta et foveis ipsius. Et ipsas foveas dicti boni homines
teneantur facere remundari duabus vicibus in anno scilicet de mense
aprilis et augusti ab hominibus qui tenent iuxta ipsas fo-
veas. Et nulla persona audeat facere aliquam para-
tam nec impedire debeat cursum aque seu detrare
foveas sub pena ·100· solidorum denariorum aquam facientibus auferenda
per capitaneum supradictum ¶ Et hoc intelligatur de foveis
que sunt in palude tantum et illa que est inter commune predictum et
commune Montis Falconis reactari debeat pro dicto communi

Et planaria sive aque ruina impleret dictas foras
seu rarbonarias vel aliquam ipsarum tunc remaneat in
providentia dictorum trium bonorum hominum ut in repa-
ratione et exgomoratione sit facienda per eos sulgs
vel speciales personas ipsi prout fuerit eis visum ultima
gis decens. Qui boni homines possint facere fi-
eri illis personis adiacentibus et per ipsos adiacentes omnem
utilitatem quam viderint expedire pro utilitate dicte
paludis. Et dicti tres boni homines qui electi fuerint
teneantur facere conferre inde aliqua laborio
nem foris nove per quam aquarigales ducet
iquamque per eos prout facimentum fuerit fuisset et rema-
neat in providentia ipsorum trium bonorum hominum
scilicet quod actet ab illis personis quas viderint convenie-
rint convenire. Et in exercendo et exequendo predicta
possint penas et banna imponere et exigere per eos prout
eis videbitur. Et eligant dicti homines pro toto anno et
habeant pro eorum salario x libras denariorum pro quolibet. Et non
possint in officio predicto et illi qui fuerint in eodem officio
ceteris annis. Et teneantur dicti tres boni homines
requirere dictum paludem qualibet ebdomoda semel
ad minus ad penam 25 librarum denariorum pro quolibet ipsorum in quibus
si negligentes fuerint per potestatem seu capitaneum dicto
eis debeant condemnari. Et quelibet persona teneatur et de-
beat dictis tribus bonis viris in eorum officio obedire ad
penam per eos imponendam = Item quod omnes homines de
ambitu sulgs cuiuslibet districtu teneantur et debeant in
dicta palude ponere aut poni facere ubi utilius vide-
bitur consilio et dictis tribus bonis hominibus unum continuarium
populorum sive poporum vel salconum tempore quo videbitur
capitaneo et consilio dicte ambitus ad penam et bannum 50 librarum
denariorum pro quolibet bravi. Et hoc capitaneus dominus capitaneus faciat
inito et pena 100 librarum denariorum de suo salario faciat observari
Item quod motorotia forarum dicte paludis non explan-
tur nec laborent per aliquam personam. Et quod dominus capitaneus
teneatur talem facere et curare quod eos motus facere

60v

remictat aquam tunc per ea rivum antiquum itaque
ipsa aqua non descendat seu fluat per foram dicti
comunis fulg. set per ut ipsi comune montis falconis et homines
ipsius tenentur et debent ut patet manu antonii ma
gistri petri de fulg. notarii. Item quod fiat et fieri de
beat in dicta palude quedam alia fora ex parte
intus versus domum comunis fulg. prope alia foram
que est inter paludem dicti comunis fulg. et paludem comunis
trevii ac paludem comunis montis falconis illius am
plitudinis et capacitatis et eo tempore prout videbitur dictis
tribus bonis hominibus et melius fieri poterit. Qui non
tres boni homines tenentur et debeant in dicto intervallo pro
curare et dare operam efficacem quod exequatur predicta ad
penam predictam. Et capitaneus qui pro tempore fuerit tenetur
et debeat assistere bonis hominibus supradictis et ad requisitionem
qui sitionem dare auxilium et consilium opportunum ad penam
.50. librarum denariorum in quibus per sindicum dicti comunis ipso iure con de
beat sindicari si contrafecerit. Item quod quicumque in
rusticaverit aliquam arborem ex predictis condemnetur dicto
comuni pro qualibet arbore in 100 solidorum denariorum et emendet dam
num qui frascas incisit condemnetur in xx solidorum denariorum
quorum bannorum medietas sit comunis et alia medietas
illorum qui cavas per paludem.

De electione capitanei populi facienda

Rubrica 132

Item dicimus et ordinamus et presenti statuto firmamus
quod pro ad regimine populi et artium civitatis fulg. quod in vi
bitur prioribus populi dicte civitatis qui pro tempore fuerint ac
confalonerio iustitie eiusdem populi de primarum seu loco
quibus videbitur consilio populi dicte civitatis fulg. ordina
re in nomine domini amen unus capitaneus eligatur qui sit fo
rensis et de partibus sancte matris ecclesie cum omnibus suis officia
libus et quod sit devotum partis idem capitaneus et iurare tenetur
ad sancta dei evangelia corporaliter manu tactis scripturis
in consilio ante dictum qua erit cum salario mille librarum denariorum
perusinorum. Qui tenetur hec et servum tenere toto tempore sui re
giminis et omnibus suis supradictis et expensis unum iudicem bonum

Vide de offitio capitanei in rubrica 176. et 197

Capitaneus debet esse de parte ecclesie

Salarium et familia capitanei

Officiales capitanei

et perpetuum et in integrum pretium bonum bonum socium ydo
neum et legalem duos notarios in arte notarie bene expertos
duos domicellos et ceteros famulos bonos et sufficien
tes ad arma portandum nec non quatuor equos quorum
duo sint et esse debeant armigeri quos secum habere et
tenere et nunc teneantur et debeant ad omne ipsius et suum
et fortunam tam in veniendo quam et in stando et redeundo
et fortuna tam in veniendo quam et in stando et redeundo
et ipsis equis nullam emendationem recipiat ac
et ipsis equis nullam emendationem recipiat acci
dere. Quod non capit officium duret per sex menses. Et sit pre
dicto. Cui non capit officium duret per sex menses. Et sit pre
modum suum principium ipsius officii in festo beati Silvestri et in fine
capitaneus dicto salario communis dicti communis tenere debeant

Ut commissarius teneatur [illegible] de salario [illegible] ad suam [illegible]

usque ad suam faciendam per syndicum communis predicti tempore sin
dicatus capitulum in scriptis ducentas libras denariorum. Et teneantur
et debeant capitulo superiores in terra et in tecto palatium
in quo morari teneatur et cum omnibus suis superioribus officia
libris domicellis famulis et equis die xxiiii Januarii. Et
finito tempore sui officii te
sum officium dicta die et tempore. Et finito tempore sui officii te
neatur et debeant ipse capitulo in toto in terra et in molendino
omnes terras vineas, silvas, prata, possessiones bona
iura actiones et res alias quascumque dicti communis et que

Ut capitaneus recuperet et recuperat dicti communis bona [illegible] non obstante [illegible] liberum arbitrium et plenam potestatem

et que dictum commune habet et habebit intus et extra dictum commune
fuerint manutenere salvare et bene custodire sive fuerint
in comitatu predicto sive in castris villis seu montaneis
ipsius et ubicumque sit et inveniri possit. Et si ab aliquo
vel aliquibus sunt apprehensum aut occupatum esset
recuperare et reacquirere et reducere teneantur
ad ius et dominium dicti communis fuerint summarie procedendo
modis omnibus quibus poterit prescriptione temporis aliqua non
obstante. Et potestas et capitulus dictum suum officium possit
libere exercere et diximus statuentes quod modis et
singulis sumus quod oportuna fuerit pro expeditione so
lummodo sui officii et recuperationem dictorum bonorum communis et
in arbitrium plenum merum et liberum et potestatem
liberam habeant ipsum ad recuperandum et reacquirendum

S. P.

et reducendum dicta bona iura et actiones ut sup-
ius describunt ad ius et dominium comunis predicti capitulo
aliquo statuto tam ipsius quam comunis predentis vel secundum
facto vel fiendo quod in contrarium loqueretur non obstantibus
et verbis derogatoriis contentis et appositis in aliquo
capitulo statutorum que capitula et verba in eis contenta huic
capitulo contradicentia in quantum contra presens capitulum loquentur spetialiter
revocamus. Et maxime capitulum quod loquitur quod nullum
capitulum fiat pro spetiali nec contra spetialem personam. Et teneatur
dominus capitaneus facere inquisitionem contra omnes et singulos
qui dicerentur subtraxisse pecunias seu res alias qua-
scumque de bonis dicti comunis seu aliquorum exbanditorum aut
rebellium comunis eiusdem. Et possit et dominus capitaneus in-
obedientes sibi et suo officio et ipsum sui officii impedi-
entem punire et condemnare condemnatione exigenda pro
comuni predicto et potestatem et suos officiales et familiares
invocare pro favore sui officii. Cum capitaneo dominus potestas
teneatur et debeat pro expeditione et examinatione de-
ctorum bonorum prestare et dare auxilium consilium et favo-
rem totiens quotiens ab eo fuerit requisitus. A d-
ictis capitanei processu sententiis et precepto seu preceptis
factis et faciendis pro dictorum bonorum recuperatione
nullus possit nec debeat appellare. Et si appella-
ret eius appellatio non valeat nec admictatur. Et nec
potestas nec capitaneus ponat in consilio vel arengha
aliquid contra presens capitulum nec dictorum proportam faciant.
Et si aliquis ipsorum contra fecerit per sindicum dicti comunis ipsi
comuni in perditione sui salarii debeat condemnari. Et dictus
potestas nullam absolutionem petere possit a consilio
vel arenga. Et si fieret non valeat ipso iure. Et
nullus in dicto comuni palam vel occulte audeat
dicere vel arengare et qui contra fecerit in 100 libris denariorum
per capitaneum supradictum comuni Fulginei penitus condemnetur et
si capitaneus fuerit negligens in condemnando talem
arenghatorem in 200 libris denariorum per sindicum dicti comunis
ipsi comuni debeat penitus condemnari. ¶ Item quod capitaneus

Quod capitaneus possit punire inobedientes sibi officii sui et possit invocare favorem potestatis

propterea dicte civitatis .i. duos menses appropinquantes regiminis
teneantur et debeant iuramento iurato et pena 500 librarum
denariorum palatium inceptum in castro Basilice facere
perfici et completum manuteneri expensis hominum
dicti castri. ¶ Item quod nullus de civitate Fulginei vel aliquis
iurisdictione eiusdem cuiuscumque status existat seu pre-
minentie nec etiam qui sit prope ipsam civitatem
Fulginei per 30 miliaria possit eligi vel assumi ad
officium capitaneatus predictum. Et si assumeretur vel
eligeretur eius electio non valeat auctoritate presentis capituli
et tali electo nullum ius contra commune Fulginei ingerere ipsi
electionis acquirat. ¶ Item quod dictus capitaneus quando
semper fuerit electus non possit nec debeat secum
ducere nec ad dictum officium capitaneatus
tenere alios officiales vel familiares qui sint
prope ipsam civitatem per 30 miliaria. Et si duceret vel
omnia et singula supradicta et quolibet predictorum non observa-
ret et prout superius describuntur electio de se facta
non valeat ipso iure auctoritate presentis capituli.

Capitaneus et eius officiales debent esse de loco distanti per 30 miliaria.

De depositis faciendis ante sententiam criminales — Rubrica 133.

Item dicimus et ordinamus quod potestas et capitaneus
et eorum iudices et officiales civitatis Fulginei teneantur
et debeant iuramento iurato et pena 100 librarum denariorum pro quo-
libet potestate et capitaneo et eorum iudicum et officialium
25 librarum denariorum pro quolibet ipsorum in quibus si contra fecerit
per sindicum dicti communis ipsi communi incurrat qualibet commiterit
talibus vel quatuor diebus ante sententiam seu sententias ferendas
dandas seu ferendam per eos vel aliquem ipsorum super ali-
quo seu aliquibus malleficiis seu processibus facere fieri
depositum penes camerarium dicti communis de quantitate
in qua malefactor condemnari deberet. Quod non de-
positum camerarius dicti communis expendere non debeat
seu possit nisi elapso termino appellationis si qua
fieret seu fieri posset de ipsa sententia vel ab ipsa sententia.
Et si dicti potestas et capitaneus et eorum officiales predicta
non fecerint seu facere et fieri facere obmiserint
per sindicum super dictum penis predictas debeant condemnari.
Et nihilominus in ea vel illis quantitatibus qua vel quibus

62v

obmiserint facere deponi et in coi veniri ex malitiis expressis
supradictis. Dummodo predicta locum habeant in processibus qui fierent
contra parentes et satisdantes de solvendo. Et camerarius
dicti cois teneatur et debeat iuramento mitti. detinere penes
se nomine dicti cois et pro ipso de salario predictorum potestatis et
capitanei tantum quantum obmitterent et remisissent facere depo-
ni et in coi veniri vel venire a malefactoribus supradictis
modo quo et ad hoc ut tempore ferende sententie contra eos per sindi-
cum supradictum seu eorum possit remitti illud in introytibus dicti
cois. Et insita in hoc capitulo omnibus notificent et sci-
bant dicti potestati et capitaneo tempore quo destinabuntur eis litere
et indicentibus eorum electionis ne de predictis pretendere valeant
ingnorantiam.

S. pena

De non intrando vel exeundo in civitatem Fulginei aliunde quam per portas. Rubrica 134

Pena intrantis vel exeuntis aliunde quam per portas

Item dicimus et ordinamus quod nulla persona cuiuscumque conditionis existat
audeat vel presumat intrare vel exire civitatem Fulginei alibi quam per por-
tas apertas dicte civitatis de die nec de nocte. Et si quis contrafecerit si de die in
25 libr. den. si de nocte in 50 libr. den. coi Fulginei condempnetur. Et si dicta persona
delinquens in predictis fuerit forensis amputetur sibi pes ita quod penitus
a corpore separetur. In quibus penis potestas seu capitaneus dicte civitatis
contrafacientes debeant condempnare. ¶ Item quod si qua persona acceperit
seu devastaverit de steccatis et berteschis constructis in carbo-
nariis novis dicte civitatis aut de cancellis constructis subtus pote
cavallum et novum in 100 s. den. dicto coi per capitaneum debeat condempnari
et in reactatione et reparatione ac etiam in restitutione cuiuscumque
appareret damnum tale acceptorem et guastatorem accepisse seu gu-
astasse de steccatis berteschis et cancellis predictis. ¶ Item quod
nulle bestie cuiuscumque generis existant debeant mitti seu duci
per motorotta [?] carbonariarum predictarum. Et si contrafieret dominus talium
bestiarum puniatur super eo et de eo per notarium et officialem qui erit super
custodia civitatis predicte vel saltem per notarium qui erit super damnis
datis pro dicto coi in 5 s. den. pro qualibet bestia et vice qualibet
qui denarii veniant in coi Fulginei. Et officiales predicti
teneantur iuramento mitti. et pena 25 libr. den. de suo salario coi
Fulginei applicandorum qualibet ebdomoda ad minus semel in-
quirere et quos invenerint culpabiles punire ut supra
continetur. Et predictum capitaneus supradictus faciat bandiri ut
homines sciant in 10 dierum a principio sui regiminis. ¶ Item quod
nulla persona audeat proicere aliquem lapidem vel quid
aliud per balestrerias murorum novorum civitatis Fulginei nec in
ipsis muris ancellare nec pannos aliquos expandere. Et
si quis contrafecerit vice qualibet in 5 s. den. condempnetur coi Fulginei

Pena devastantis steccatum et bertescas [illegible]

p(er) capit(ul)a p(er) s(upra)d(i)c(t)a. Cu(m) capit(ul)a teneant(ur) p(re)d(i)c(t)a facere obs(er)-
vari nec no(n) p(er) capitu(lu)m facere bandiri ut sunt a p(er)sonis
i. du(m) dies a p(er)sonis sui regiminis. Et in casib(us) supradictis
pat(er) p(ro) filio (et) f(rate)r p(ro) f(rat)re teneat(ur).

De loco assignando pro levib(us) criminib(us) — Rubrica 135

Item dicim(us) et ordinamus q(uod) domus que fuit olim
filior(um) manetti raynaldi b(?) habitatio superior in qua
(con)ven(er)unt (et) intrat(ur) p(er) hostiu(m) q(uo)d est i(n) pede sca-
larum (con)tra rar(um) palatii co(mun)is fulg(ine)i sit et e(ss)e debeat carcer seu loc(us)
illor(um) qui debebunt detineri p(ro) aliquib(us) levib(us) criminib(us)
seu excessib(us) suis et debitis et in loco ipso h(uius)mo(d)i detentorib(us)
potestas civitatis fulg(ine)i p(ro)videat idoneos et sufficientes custodes
teneat(ur) et debeat facere custodiri. Et q(uod) hostiu(m) et fenestre
loci p(re)d(i)c(t)i fiant (et) bene actent(ur) expensis ip(siu)s co(mun)is. Et q(uod) nul-
lus ex familiarib(us) potestatis p(re)d(i)c(t)i iaceat seu aliq(ui)d aliud
faciat in loco p(re)d(i)c(t)o (con)tra t(ame)n ipse loc(us) sit (et) e(ss)e debeat
p(ro) ministerio supradicto. ¶ Item q(uod) mulieres q(ue) detinebu(n)t(ur)
in carcerib(us) civitatis fulg(ine)i quib(us)cu(m)q(ue) de causis ponant(ur) et de-
tineant(ur) i(n) carcere qui fiat (et) (con)strui debeat expensis d(i)c(t)i co(mun)is
in quocu(m)q(ue) loco melius videbit(ur) (et) placuerit d(omi)nis priorib(us) p(o)p(uli)
d(i)c(t)e civitatis fulg(ine)i ac (con)falon(erio) iustitie p(o)p(uli) p(re)d(i)c(t)i. Et q(uod) p(re)d(i)c(t)a-
rum carcerum supradicta semp(er) e(ss)e debeant penes camerariu(m)
d(i)c(t)i co(mun)is fulg(ine)i. ¶ Item q(uod) loc(us) q(ui) exstat i(n) palatio d(i)c(t)i co(mun)is
i(n) quo usq(ue) mo(do) soliti s(un)t detineri mulieres p(re)d(i)c(t)e de-
beant actari. Cu(m) loc(us) sit (et) e(ss)e debeat t(ame)n mo(do) depu-
tat(us) ad (con)mod(um) (et) s(er)vitiu(m) illor(um) qui e(ss)ent (con)stricti in
palatio d(i)c(t)i co(mun)is. Et q(uod) camerarius d(i)c(t)i co(mun)is i(n) loco p(re)d(i)c(t)o
ad s(er)vitiu(m) p(re)d(i)c(t)or(um) teneat(ur) facere fieri duas lecterias
de lingnamine nec no(n) o(mn)ia supradicta i(n) unu(m) m(en)s(em) apud
licentiam p(ri)ores stati (con)putandu(m) expensis d(i)c(t)i co(mun)is teneat(ur)
idem camerarius facere fieri (et) executioni mandare (et)
(et) ipsas p(re)d(i)c(t)as lecterias paleis implere et semp(er) plenas
paleis manutenere expensis co(mun)is p(re)d(i)c(t)i pena p(ri)vati
(et) decem libr(arum) den(ariorum).

**Q(uod) nullus acceptet aliq(uo)d offi(ciu)m ex(tra) civitat(em) (et) districtu(m)
fulg(ine)i absq(ue) licentia (con)silii p(o)p(u)li.** — Rubrica 136

Item dicim(us) et ordinam(us) q(uod) nullus de civitate fulg(ine)i v(e)l eius
districtu audeat v(e)l p(re)sumat acceptare aliq(uo)d offi(ciu)m
potestarie seu capitaneat(us) ex(tra) d(i)c(t)am civitate(m) fulg(ine)i v(e)l
eius districtu(m) si(ne) ex(pre)ssa licentia (con)silii p(o)p(u)li d(i)c(t)e civitat(is)

63v

sub pena 500 librarum denariorum in quibus condempnari per potestatem dicte civi-
tatis dicto comuni debeat condempnari. ¶ Item quod nullus de dicta
civitate vel eius districtu vel comitatu civitatis et districtu
audeat acceptare aliquod officium defensoris iudicatus seu
notariatus nisi obtenta primo licentia a dominis prioribus
populi seu a confalonerio iustitie populi dicte civitatis sub pena ar-
bitrio ipsorum dominorum priorum et confaloneriorum auferenda quam
pro dicto comuni dominus potestas dicto comuni condempnare debeat condempnari.
¶ Item quod quilibet de civitate Fulginei et eius districtu qui yret
in aliquo ex officiis supradictis ante suum accessum teneatur
se presentare coram dominis prioribus supradictis Et easdem ydoneos
fideiussores et cautiones prestare et dare de exercendo suum
officium bona fide et sine fraude Et quod si aliquod dampnum eveniret
vel represalie concederentur in dampnum comunis Fulginei vel aliquam specialem
personam dicte civitatis vel aliqua specialis persona dicte civitatis
Fulginei vel eius districtu dampnificaretur occasione dicti sui
officii quod ipse talis officialis et sui fideiussores emendabunt
omne dampnum quod eveniret tam dicto comuni quam alii speciali persone
occasione dicti sui officii Et quod ipsum comune et speciales personas
ipse teneantur omni tempore conservare indempnes ad penam superius decla-
ratam et notatam ¶ Item quod quicumque forensis fuerit
electus in potestatem vel capitaneum vel ad aliquod officium civitatis
Fulginei teneatur et debeat ante acceptationem ipsius officii fa-
cere reformari auctoritate huius civitatis terre vel loci
de qua ipse talis officialis electus erit quod pro comuni civitatis
terre vel loci unde ipse officialis electus erit nulle represalie
concedantur in ipsum comune Fulginei vel speciales personas ipsius occasione ali-
cuius condempnationis que de ipso officiali vel aliquo suo officia-
li vel familiari fieret occasione administrationis sui
officii Et si aliter fieret eius acceptatio non valeat et
ipsum officium exercere non possit et pro officiali nullatenus ha-
beatur Et occasione sue electionis et acceptationis quam
fecerit de ipso suo officio nullum ius sibi acquiratur
nisi forma predicta servata. ¶ Et de hoc capitulo debeat fieri men-
tio in electione dictorum officialium Et quilibet ex officialibus
supradictis dictam reformationem in suo adventu ad dic-
tam civitatem Fulginei debeat apportare in forma publi-
ca ipsis dominis prioribus assignare Et contenta in hoc capitulo
banniatur per civitatem Fulginei supradictam in locis solitis et consue-
tis ut singulis innotescant.

De denuntiatoribus rissarum et massariis faciendis. Rubrica 137

Item dicimus et ordinamus quod sindicus cuiuslibet vil-
le districtus Fulginei teneantur et debeant dare et
assignare potestati seu iudici malleficiorum dicte civitatis Fulginei
duos massarios bonos qui sint continue habitatores
dictarum villarum. Qui massarii et quilibet ipsorum teneantur et
debeant in dicto mense denuntiare curie seu iudici malleficiorum
omnes rissas que fierent et omnia malleficia et delicta que in ipsis
villis et earum pertinentiis dicto vel facto committentur
Et omnes assotiantes et receptantes exbanditos dicti co-
munis ac etiam omnes et singulos ludentes ad ludum ta-
xillorum et quolibet alterius barattarie in ipsis villis et
earum pertinentiis prohibita fieri contra formam statuti dicte civitatis
infra tres dies postquam malleficium et rissa commissa fuerit et
exbanditos aliquos receptatos aut ludos aliquos [?]
fecerit ad penam et bannum xxv librarum denariorum. Et ad predicta sindici
predictarum villarum et hec possint de ipsis villis constituere ad
predicta et denuntiationes faciendas prout de ipsorum processerit volun-
tate, statuto aliquo non obstante. Et homines dictarum villarum te-
neantur et debeant omnes exbanditos transitum vel moram
facientes per ipsas villas capere et tenere et conducere ac assi-
gnare curie communis Fulginei. Et si non fecerint teneantur habita-
tores ipsarum villarum solvere communitati in qua exbanditus
erit condemnatus dicto communi. Et contenta in hoc capitulo po-
testas teneatur facere bandiri ut homines et habitatores
ipsarum villarum sciant et notificari faciat et legi hominibus
et sindicis villarum districtus Fulginei. Item quod consules
cuiuslibet potestatis civitatis Fulginei per octo dies ante festum
beati Feliciani teneantur requirere seu requiri facere omnes
homines et habitatores earum potestatis quibus sic requisi-
tis et coadunari facere in aliquo loco ubi ipsi consules
commodius viderint convenire, maxime unus homo pro quo-
libet foculari, a xviii annis supra et septuaginta annis
infra, dummodo ad veniendum ad dictam congregationem seu
ad assistendum in ea, aut ad trahendum sortem [?] fa-
ciendum fabam aliquam pro eodem, nullus qui fuerit de
ordinum potestatum, miles, iudex, medicus, aut nobilis mi-
nimi teneatur, seu etiam pro dictis immunitatibus a quibus e[…]
sit intro. Teneantur etiam et debeant consules supradicti,

Vide statutum potestatis libri [?] 75.

Villarum. De denuntiatoribus rissarum massarii [?] …

Quod homines villarum capiant exbanditos …

In villis sufficit …

64v

S. p.

mictere in quedam cappellum, tot fabas quot erunt
homines congregati in congregatione predicta, inter quas fa-
bas sint due fabe nigre, et illi quibus obvenerint
per extractum fabarum fiendam per quemcumque puerulum
minorem tamen .xij. annis, quibus ipse fabe nigre, sint denu-
tiatores rixarum et mallitiarum, que committerent in principiis
corum societatis pro illo anno tantum. ¶ Et nullus qui fuerit
ad dictum officium uno anno, esse possit seu debeat ad
dictum officium deinde quousque finietur numerus hominum sue socie-
tatis. Si unus per forculam ad secundum ad dictum officium ee-
ctus(?) non sit de lazato. ¶ Qui non denuntiatores
sic ordinati et facti teneantur et debeant denuntiare do-
mino potestati aut suis officialibus omnia mallitia et rixas et
excessus, que in eis committerentur in corum societatibus et pertin-
entiis, et quas cumque personas infra .v. dies immedia-
tos sequentes, post commissum mallitium, rixam et exce-
ssum, sub pena .25. librarum denariorum communi Florentie applicandas. ¶ Et hoc
si pena commissi mallitii, rixe vel excessus ad tantam quantitatem vel supra ascenderet; si vero pena commissi
mallitii, rixe vel excessus ad minorem quantitatem solvere teneantur
id ad quod ascenderet pena excessus, mallitii seu rixe minoris
usque in quantitate .25. librarum denariorum. ¶ Hoc enim salvo quod denun-
tiatores predicti ad denuntiandum personas, nec non mallitia,
rixas, excessus et comminationes (?) excipiuntur per statuta tam populi quam
communis Florentie tractantia de hiis qui aponeret et ba-
nniuntur rixas et mallitias de quibus in quarum non potes-
tis minime teneantur. ¶ Item quod si contigerit dictos denun-
tiatores aut aliquem ex eis tempore commissorum mallitiorum,
rixarum et excessuum predictorum vel post decem .v. dies
vel post .x. dierum quantam diem non esse in comitatu Florentie,
quod tali absens ad solutionem pene predicte in quantum non denun-
tiaret minime teneatur. Liceat tamen unus ex domo
dicti denuntiatoris absentis denuntiare mallitia, excessus
et rixas supradicta, et eius denuntiatio valeat ac
si esset facta per ipsum denuntiatorem.

~~De denuntiatoribus rixarum et mallitiorum faciendis~~ ~~Rubrica~~ 137
Hiis qui sunt de ordine priorum et vexillifer iustitie et confalonerii quod [red, interlinear, partly struck]

¶ Quod hii qui sunt de ordine priorum et vexillifer iustitie et confalonerii possint arma portare. Rubrica 138.

Item dicimus et ordinamus quod omnes ille persone
que scripte sunt in quaterno in quo scripta sunt
nomina illorum qui fuerunt sunt et erunt ad officium priorum
populi et communis Florentie et qui vexillifer debent et confalonerii iustitie sive populi
eiusdem civitatis possint arma portare tam offensibilia

q defensibilia p dominum civitatis fulginei civis qui distas
tum sim penarum et bano cap aliquo civis vel populi qd
loqretur in ptum non obstantibus. Et etiam omnes illi quibus
eius fuerit vel electi ad custodiam dicte civitatis manda
to porum pdictorum et custodes portarum dicte civitatis possint
arma pdicta impune portare.

~~De hys qui de ordine priorum et qui debent confaloneriis~~ ~~possint arma portare~~ — Rubrica 138

Que quilibet teneatur obedire mandatis dominorum priorum civitatis fulginei — Rubrica 139

Item dicimus et ordinamus pro bono statu honore franchisia et libertate civitatis fulginei et ut offitium dominorum priorum populi civitatis eiusdem ab omnibus valeat honorari et quilibet civis cuiuscumque status et conditionis existat teneatur et debeat obedire omnibus ipsorum mandatis faciendis per eos super hys que ad statum seu negotia civitatis et populi civitatis pdicte pertinere noscerent ad penam et bannum imponendum per potestatem pdictos et prout eis videbitur et sicut requiret qualitas personarum et negotii. Et ipsa banna et inspecta qualitate personarum et negotii. Et ipsa banna ex penas facere per eum dicti civis prout eis videbitur expe dire possint et potestas pdicta atque valeat penas et banna imponere in personis et rebus etiam simul dicte prout et quotiens eisdem prioribus videbitur que compellit personas quibus eisdem prioribus videbitur quecumque ut impositas et ponere contra et potestas et capitaneus dicte civitatis et quilibet alius officialis civitatis eiusdem teneatur et debeat infra viii dies recipere penarum executionem per ipsos et punitionem contra offitium ad requisitionem priorum pdictorum et executionem facere et fieri facere de pe nis et banis que imponent per potestatem pdictos aliquibus personis in personis et rebus prout dictorum priorum volu tatis procedet. Et quod adeo executionem appellari non possit et si appellaret talis appellatio minime ad nichilum et super ea modo aliquo nullatenus procedat.

~~Que quilibet teneatur obedire mandatis dominorum priorum civitatis fulginei~~ ~~Rubrica 139~~

Que omnia ordinamenta facta de consensu priorum valeant — Rubrica 140

Item dicimus et ordinamus quod omnia ordinamenta et reformationes facta et facte et que fierent in posterum de consensu et licentia dominorum priorum populi civitatis fulginei va leant et plenam habeant roboris firmitatem ac si facta essent cum omni sollempnitate statuto aliquo contra facto civis vel populi pdictorum non obstantibus.

~~Que omnia ordinamenta facta de consensu priorum valeant~~ ~~Rubrica 140~~

De alienationibus factis in fraudem civis — Rubrica 141

Item dicimus et ordinamus ad obviandum ma litiis et iniquis intentionibus illorum qui credunt nolunt et intendunt committere malitia scelera ac pdi tiones et transire in partes contra quiete dicte civitatis fulginei

Vide in libro xxi. Ut possint et dicti priores et ut possint et teneantur etc.

Que alienans res suas remanens in possessione si pro ea delinquat puniatur illarum rerum et alienatio presumitur in fraudem

Vide statutum civitatis libro ii [illegible] 63

vel cuius districtu dedit vendidit aut quoquo modo
concessit bona sua aliquam per formam cuicumque per contractus seu
instrumenta. Et post dictam dationem venditionem vel concessionem
ipsa bona tenuit et possedit talis vendens
dans et concedens per se vel alium et tempore dicte possessionis et
retentionis dictorum bonorum commisit vel committeret predicta
rationem aliquam contra communem Fulginei vel aliquod maleficium contra quamcumque
personam quod dicta in fraudem seu contractum dicte dationis
venditionis et concessionis non valeat nec vendidisse eis
locum habeat dictum communem Fulginei sed habeatur pro fictitio et
facto in fraudem non obstante si dicta bona ipse talis
alienator confessus esset se habuisse ab illo cui concessit
ad proprium laboritum sive pensionem. Et hoc capitulum
sit precisum et valeat et locum habeat in preteritis presenti
et futuro. De vitio sodomitico extirpando. Rubrica 142

~~De alienationibus factis in fraudem communis. Rubrica 141~~

Item dicimus et ordinamus in nomine Yhesu Christi quod
investigatione diabolica quorundam forensium
ad nostrum pervenit auditum quod quidam qui laborant
vitio quo impediuntur in filios diffidentie volen-
tes itaque civitatem nostram eiusque districtu dictum vi-
tium extirpare. Et quicumque in dicta civitate Fulginei vel eius
districtu civis comitatensis vel forensis cuiuscumque
conditionis existat vitium sodomiticum exercebit in 100
libris denariorum communi Fulginei condempnetur. Et inde probati ...
per dictam civitatem Fulginei fustigetur et postea sit in ... Et
si dictum bannum solvere non poterit auriculae ambe to-
taliter sibi amputentur et postea sit in banno dicte civitatis
Fulginei et eius districtu. Et predicta locum habeant si perso-
na predicta sit minor 14 annis. Maiores vero 14 an-
nis qui dictum vitium exercerent igne cremantur ita quod pe-
nitus moriatur. Et ad predictas potestas et iudex maleficiorum seu
alter ipsorum ... et pena 100 librarum denariorum de ipsorum salario
quolibet mense inquisitionem facere teneatur per omnes contratas
et per omnes consules societatum et alios bonos homines de
civitate predicta. Et ad probationem tanti sceleris sufficiat
probatio duorum testium de publica fama. Et si aliquis fuerit
de dicto vitio accusatus vel denuntiatus ab aliquo suf-
ficiat probatio unius testis de visu. Quod quilibet qui est scriptus in libro communis Fulginei teneatur solvere datia et collectas. Rubrica 143

~~De vitio sodomitico extirpando. Rubrica 142~~

Item dicimus et ordinamus quod quilibet qui est scriptus
in libro communis Fulginei seu in apprehensione ipsius communis teneatur
et debeat datia et collectas solvere ad dictum dicti communis

Vide statutum ... 41. 42. ~~43~~ 43. Et in ... statuto
li. 4. Rubrica 130.

Et de hac materia vide ... in statuto communis
li. 1. Rubrica 76. et li. 3. Rubrica 9. ...
et 58 ~~...~~ Et ... li. Rubrica ... et
... ~~...~~ 148. et Rubrica 124

i portas et i ponendas per ipsum com. seu officiales ipsius
com. pro sua libra seu appretio sicut sua bona reperiuntur
et tinata allibrata seu appretiata in dicta libra
et appretio. Et alia obsequia integre facere sine dimi-
nutione aliqua, compositione et immunitatibus quibus-
libet et quibus cumque per concessionem per com. fulginei et officia-
les ipsius concessis sublatis et remotis et privilegiis con-
cessis et quibuscumque privilegia provisiones promissiones et
immunitates, vigor presentis cap. et statuti cassamus et
irritamus et revocamus et ad nullamus. Et si quis
ipsa vel ipsas in treduxerit in curia com. fulginei solvat
ipsi com. 50 libr. den. in quibus per potestatem seu capitaneum di-
cte civitatis debeat condempnari, coram quo i treduxerit et
eorum officio. Et quicumque talia bona allibrata in appre-
tio super dicto ex successione vel alio modo obvenerint, te-
neantur pro ipsis bonis solvere data et collectas im-
portas vel in ponendas per com. predictum et facere alia ob-
sequia realia tam et non per sonalia pro ipsis bonis. Et si
quis contra fecerit, et data et collectas solvere contempserit seu
alia obsequia que i positum i ponentur realia et personalia
pro sua libra vel appretio seu quicumque facere obmiserit, et
se occasione aliqua noluerit excusare, nec ipse nec
aliquis de sua familia, nec eius filius si noluerit sol-
vere data et collectas dicto com. et non sit scriptus
in libra dicti com. seu appretio, non audiatur in lite nec
i materiis realibus [illegible] alio cap. statuti quod loquitur de novis
civibus non solvat datum. Et quod aliquis civis vel hi-
nec non solvat datum et non laboret in
dicti civitatis fulginei vel comitatensis, non laboret in
territorio civitatis fulginei vel comitatensis, nec habeat potesta-
tem ipsorum, nec seminet, nec cum eis habeat partem
aliquid vel aliquid per se vel occulte, sub pena 25 libr.
den. in quibus per capitaneum populi dicte civitatis dicto com. debeat
condempnari. Et quilibet possit fraudem accusare. Et qui-
cumque contra fecerit datum seu collectam dicto com. solvere, qui
i positum fuerit per dictum com. vel imponetur ut supra,
dictum est, non possit nec debeat aliquod officium vel bayli-
am vel ambaxiatam habere nec possit esse de aliquo con-
silio dicte civitatis nec possit in aliquo eligi nec ipse
eligere. Et si aliquis eum vel eos elegerit, et ipse qui
electus fuerit recepit in 25 libr. den. com. fulginei per
dictum capitaneum debeat condempnari. Et ipsa electio non va-
leat nec habeat roboris firmitatem. Et quilibet possit
fraudem accusare et habeat medietatem banni et
nomen accusatoris teneatur secretum. Et potestas et

Quod pro bonis [illegible] obveniunt [illegible]
abillis quibus obveniunt
cuiusque tollo

66v

capitis et corum iudices et quilibet eorum hoc capitulum et omnia
ipso descripta penitus teneat facere observari et observa-
re et facere et removere que contra declaratum est sorum huius
capituli quod si non fecerit in 25 libr. den. quilibet ipsorum communi fulg.
condempnet. Et quod dictum commune nec officiales ipsius possint nec
debeant talem qui non solverit datia dicto communi personaliter vel reali-
ter defendere nec manutenere in aliquo. Et predicta potestas
et capitis et eorum iudices teneantur et debeant omnia et
singula supradicta attendere et observare et observari facere.
Et qui contra fecerit in predictis vel in aliquo predictorum solvat
et perdat de suo salario 100 libr. den. in quibus dicto communi per
ipsos communis sindicos condempnetur. Et debeant ipsi potestas et
capitis et eorum iudices facere observari ut supradictum
est. Et hoc capitulum sit precisum cui nullum aliud capitulum
contrarium vel contra portum derogat, et ponat de statuto
an ut statim sine aliqua diminutione. Et quicumque de civitate
fulg. vel eius districtu vel de aliunde pretextu alicuius
privilegii vel concessionis facte vel facti per dictum commune
seu alius recusaverit solvere datia et collectas incur-
rat in 25 libr. den. pro quolibet vice qualibet communi fulg. con-
dempnetur. Et nihilominus predicta privilegia concessiones existant, sint
promissiones et pacta quecumque conditiones existant, sint
cassa et irrita et nullius efficacie et valoris nec
ei vel eis possit allegari nec aliquid iuris acquiri, et pre-
dicti tales contendentes ipsa datia
et eorum consanguinei talis contendentis ipsa datia
solvere et dicta similia facere usque in tertium gradum
constringantur ad predicta solvenda et facienda. Et
quicumque in predictis contrafecerit in 25 libr. den. communi fulg.
condempnetur. Et hoc capitulum sit precisum et precise servetur et
habeat et fuerit. ¶ Item quod si aliquis de civitate fulg.
vel eius districtu opposuerit exceptionem contra aliquem
qui non solverit datia et collectas per dictum commune
impositas et ille seu illa contra vel contra quem seu quam
dicta exceptio fuerit opposita probaverit se solvisse
datia et collectas sibi impositas, tales opponentes di-
ctam exceptionem teneantur et debeant solvere dicto
communi fulg. pro tali exceptione opposita 100 s. den. Et po-
testas et capitis teneantur et debeant in dicto iure tale
opponentem exceptionem predictam condempnare in quantitate pre-
dicta sed primo probatione predicta. ¶ Item quod potestas et
capitis civitatis predicte qui pro tempore fuerint teneantur et
debeant tales facere et curare cum effectu quod ipse datia et
collecte pro communi fulg. imposita et imponenda per eos
et solvantur. Et si cum effectu non fecerint in predictis

Qui nolent solvere dicta datia [illegible] solvat penam 100 lb. Et de privilegiis et cassis. Et eorum consanguinei usque in tertium gradum constringantur solvere datia [illegible] facere [illegible]

Si [illegible] plenarie exceptionem [illegible] apposuit [illegible] solvit datium [illegible] 58

Pena officialium negligentium
super datia et salariis
pena quadrupli

uel predictorum aliquo negligentes extiterint perdat quinque
libras ipsorum de suo salario quadruplum illius quanti-
tatis quod in comuni predicto non venerit. Et quam aliquis
obmisisset uel recuperauerit solueret pro aliqua exceptione
opportuna uel opponenda per eum qui recuperaret
seu obmitteret soluere ipsa datia et collectas
camerario comunis Fulginei qui pro tempore fuerit uel qui ad
hoc esset pro comuni Fulginei specialiter constitutus et deputa-
tus. Et dominus capitaneus teneatur et debeat inuiolabiliter
sub pena 100 librarum denariorum comuni Fulginei applicandarum absque aliqua
condemnatione facienda per sindicum seu ratiocinatorem
qui deputatus fuerit ad sindicandum uel ratiocinandum
retinere potestatem et capitaneum supradictos
predicto comuni de ipsorum salario quadruplum supradictum.

Capitulum de macellariis — Rubrica 144

De pena macellariorum ... statuti ... Rubrica 73

Item dicimus et ordinamus quod quilibet macella-
rius ciuitatis Fulginei exercens artem macella-
rie in dicta ciuitate teneatur et debeat ipsam arte(m)
bene et legaliter exercere ac carnes uendere diebus de-
centibus in tertio eiusdem ciuitatis in quo bona
ipsius macellarii accatastata sunt et allibrata
in catasto seu libra dicte ciuitatis et non alibi pena et
banno 100 librarum denariorum in quibus contrafaciens pro quolibet et qualibet uice
... predicte ... quantum fuerit comuni Fulginei
debeat puniri et condemnari. Et capitaneus et dominus ... teneatur et
debeat principio sui regiminis teneatur et debeat predictum
dictum bannum facere per dictam ciuitatem in omnibus macel-
lis ipsius ciuitatis ut stat. Et ipsos macellarios ...
aliter et personaliter constringere ut predictam artem
faciant et exerceant ... quilibet in suo tertio ... sub
pena 100 librarum denariorum de suo salario in quibus si predicta
facere obmiserit per sindicum comunis Fulginei dicto comuni debeat
condemnari. Item quod quilibet macellarius teneatur et
debeat macellare uendere et tenere bonas carnes
et non morbosas. Et si contrafecerit in 10 libras denariorum dicto
comuni debeat condemnari per capitaneum supradictum. Et si quis
macellarius dederit aliquas carnes pro aliis car-
nibus ~~uel alias carnes pro aliis carnibus~~ aliquam personam
in dicta pena comuni predicto debeat puniri condemnari per
capitaneum supradictum. Et cuilibet sit licitum contrafacien-
tem accusare et habeat medietatem banni et credatur
et stetur iuramento accusatoris cum uno teste uel sal-
tem sacramento accusatoris considerata persona ac-
cusatoris et accusati secundum quod uidebitur capitaneo supradicto ...

Quilibet macellarius faciat artem ... 100 libr.

Pena macellariorum uendentium carnes non bonas et credit sacramento accusatoris

Pena macellariorum dantium carnes pro aliis et credatur sacramento accusatoris

67v

S. p.

standum. ¶ Item quod nullus macellarius possit nec
debeat macellare nec macellari facere carnes
strofinas a festo omnium sanctorum usque ad festum pas-
catis resurrectionis domini nostri Yhesu Christi. Et dato quod
macellaret et ipsas carnes teneret et haberet ad
vendendum teneatur et debeat dicere emptoribus seu
empturis quod tales carnes sunt strofine si fuerit
interrogatus seu non ab emptore seu emptoribus earundem.
Et teneatur et debeat quilibet macellarius ipsas car-
nes strofinas scorticare et non depilare seu adbrusia-
re. Carnes non porcinas adbrusiare et non scortica-
re, ad hoc ut melius cognoscant ab emptoribus
earundem. Et siquis contrafecerit in aliquo premissorum
in .c. solidis denariorum communis Fulginei pro capitulo supradictum vice qua-
libet condempnetur. ¶ Teneatur etiam et debeat quilibet
macellarius in loco in quo erit ad macellandum
nullam putredinem seu brutitudinem vel brut-
turam vel surzuram facere, sed carnes depilatas
seu decoriatas ac sanguine purgatas et bene nectatas
deferre ad vendendum et macellandum ad suum bancum
seu macellum. Et per se vel alium bestiam aliquam vel bestias
aliquas non occidere seu adbrusiare in banco suo
predicto. Salvo quod quilibet macellarius de terzerio sanctorum
Johannis et Nicolai possit per se vel alium occidere et
adbrusiare porcos in platea nova in locis consuetis
ubi erit et stabit ad macellandum et vendendum
ipsas carnes, nec dummodo ipsas carnes non occidat seu
adbrusiet nec occidi vel adbrusiari faciat intus
bancas macelli de dicto loco. Liceat tamen cuilibet macel-
lario per se vel alium in loco ubi stabit ad macella-
ndum agnos, capretos sive caprios occidere impu-
ne. Et siquis contrafecerit vel aliquid premissorum fecerit,
in qualibet vice .v. solidis denariorum puniatur et condempnetur pro
pena pro capitulo supradicto. Et cuilibet sit licitum contrafacientes
accusare et habeat medietatem banni. Et quod consules artis
macellariorum qui pro tempore fuerint teneantur et debeant
denuntiare capitulo supradicto quemlibet contrafacientem in
aliquo premissorum pena .x. solidorum denariorum pro quolibet. ¶ Item
quod quilibet macellarius teneatur et debeat pondera-
re carnes quas vendiderit cum belanceis et libris
ferratis seu cum stateris adiustatis cum marcho
Lucchano et sigillatis sigillo dicti communis Fulginei et datis

Quod macellarius vendens strofinas ipsas pilare et [illegible] non [illegible] rogatus [illegible] brusiare pena [illegible]

Quod macellarius non occidat bestias ubi macellat nisi [illegible] faciat sed deferat carnes bene purgatas [illegible]

Quod liceat macellario occidere et decoriare agnos et capretos in loco ubi stat et erit

Quod macellarii ponderent cum belanceis ponderatis stateris adiustatis et sigillatis et cum stateris et libris [illegible] et non [illegible] pena 40 s.

Quod macellarius ponderet cum bilanceis [illegible]

r assingnatas consulibus dicte artis. Teneantur et hec quod
libre macellariorum bonas et iustas pesas sigillatas
sive singnatas dicto sigillo comunis. Et ee debeant ad mi-
nus. v. l. 4. videlicet pesa medie libre, unius libre, dua-
rum librarum et xii. librarum. Et in aliqua statera possint
aliquas non ponderare a. x. libris infra. Et si quis contra fecerit
in aliquo premissorum solvat nomine pene qualibet vice comuni fulginei
40. s. den. in quibus pro capitulo supradictum dicto comuni debeant
condempnari. Et teneantur officiales capituli supradicti tempore quo ibit
ad macellum ad rimandum pro illis qui contra fecerit
in premissis teneantur facere destrui statim bilancias
et pondera ac stateram, nec minora pondera dentur
emptoribus a macellariis supradictis. Et ut cautius obviari
possit malitiis eorum macellariorum et eas qui contra
fecerit in predictis vel aliquo predictorum. ¶ Et ad hoc
ut tollatur eisdem macellariis materia malin-
grandi statuimus et ordinamus quod dominus potestas et dominus
confalonerius iustitie civitatis fulginei teneant et debeant
iurato mense quolibet in se eligere tres bonos et lega-
les homines civitatis predicte videlicet unum pro quolibet terziero
ipsius civitatis cum salario. xx. s. den. pro quolibet eorum quorum
trium bonorum et legalium hominum officium duret et du-
rare debeat solummodo uno mense tantum et non plus
et ad quod officium hii idem nec aliquis ipsorum infra annum et
nisi elapso anno eligi vel reassumi ullo modo possit.
Qui tres boni et legales homines sic dicti et quilibet ipsorum
sic electi in manibus notarii reformationum civitatis predicte te-
neantur et debeant iurare ad sancta dei evangelia cor-
Nota pro emptore tenute

Cogitur ille contra quem tenuta data fuit facere instrumentum emptori

Quod venditiones [...] tenute a curia date valeant [...] et vide in statuto libri [...] 153 et 154 [...] et vide statutum [...] libri I [...] 101 et 102.

possunt ad consentiendum venditionem suspendere et ipsam venditionem ratificando ad sensum superscriptis emptoris si x dies postquam petitum fuerit coram eis. Et si potestas et rectores [illegible]

De condempnationibus exigendis per com. Fulg. — R. 175

Item dicimus et ordinamus quod potestas et capitaneus comunis Fulginei et eorum officiales [illegible]

Rubrica capitaneus possit cognoscere de maleficiis que committerentur in sui presentia — R. 176

Item dicimus et ordinamus quod capitaneus populi comunis Fulginei et suos officiales [illegible]

Rubrica nec potestas nec capitaneus comunis Fulg. valeant habere partem de aliqua condempnatione — R. 177

Item dicimus et ordinamus quod nec potestas nec capitaneus vel ipsorum alterius officiales vel familiares partem habeant [illegible]

De exbanditis capiendis — R. 178

Item dicimus et ordinamus nec malefactores ipsorum maleficiis [illegible]

86v

et locorum comitatus et districtus Fulginei et homines ipsorum teneantur et debeant omnes exbannitos comunis Fulginei transeuntes et moram facientes in ipsis castris sive castro villa seu loco capere et ducere in fortiam dicti comunis et assignare ipsos exbannitos sive exbanniendos domino potestati vel eius officialibus et de hoc facere fieri publicum instrumentum. Et si non fecerit ipsum castrum villa seu locus et homines ipsorum vel alter ipsorum qui non fecerit teneantur et debeant condempnationem factam de ipso vel ipsis exbannitis integre solvere comuni Fulginei. Et nichilominus tales exbanditos et condempnatos eorum exbannimenta et condempnationes firme et in sua forma remaneant non obstante solutione predicta quod talis exbannito non prosit sed semper in banno permaneat donec condempnationem de se factam solverit et integre comuni supradicto. Et potestas et iudex malleficiorum teneantur et debeant sindicos et decem comitatus inquirere ... quolibet mense duabus vicibus et inquisito ... quos invenerit culpabiles punire secundum formam huius capituli.

Et si quis fuerit ... in persona possit impune offendi. Et hoc capitulum sit precisum in qualibet parte sui cuius nullum aliud capitulum vel statutum ... contrario possit ... Et quod exbanditi et condempnati in persona possint capi et portari in fortia dicti comunis et in persona offendi sine pena et banno.

Et quod potestas et capitaneus qui nunc sunt et pro tempore fuerint habeant et habere debeant de omnibus exbanditis et condempnatis per potestatem capitaneum et alios officiales comunis Fulginei temporibus retroactis et que in ultimo quo pro tempore condempnabuntur et exbandientur de exbanditis et condempnatis quos ipse potestas et capitaneus vel alter ipsorum vel familiares eorum duxerint in fortiam comunis Fulginei ... condempnationis vel condempnatorum predictorum exbanditorum sive condempnatorum venerit in comuni Fulginei decima parte condempnationis aut condempnationum sive decem partibus una.

Pena ville castri vel locorum et hominum ipsorum non capientium exbannitos vel tragenitos

Quod bapniti in persona possit capi et offendi impune

Quod officiales habeant decimam partem condempnatorum solvendam per exbannitos capiendos ... vel ubi ... debent facere ... aliqua

Quod quilibet possit in una accusa quot voluerit accusare — R. 179

Item dicimus et ordinamus cum infra certam continentiam dicendum non debeat quod quilibet possit quot voluerit in uno libello seu in una accusa de eodem facto vel factis eodem tempore et loco commissis accusare. Et dummodo hoc locum sibi non vendicet in accusis que fierent de damnis datis. Vide statutum

Quod nullus uxoratus audeat allegare privilegium clericatus — R. 180

nisi incedat in habitu clericali cum tonsura

Item dicimus et ordinamus quod nullus uxoratus audeat allegare privilegium clericatus in aliqua causa civili vel

Nota quod uxoratus potest allegare privilegium clericatus si incedit in habitu et tonsura clericali

criminali nisi fuerit tamen clericus et portaverit to-
nsuram et habitum clericalem. Et qui contrafecerit in
100 libr. den. com. Fulg. condempnetur et talis exceptio non
admictatur.

¶ De apodissis scribendis solutionum quarumcumque comunitatis per notarios priorum R. 181

Item ut expense fiende per com. Fulg. lucide et
clare procedant statuimus et ordinamus quod o-
mnes et singule apodisse solutionum quarumcumque
comunitatum faciendarum de pecunia et avere dicti comunis secundum
formam statutorum comunis et populi dicte civitatis que fient manda-
to per potestates dominorum priorum omnes in concordia vel duos
ex eis in absentia alterius qui in quacumque dictarum tunc temporis ex-
pensis non posset et suum officium exercere non possent scri-
bant tantum per notarios reformationum et priorum populi dicte civi-
tatis Fulg. valituris usque ad satisfactionem condi-
gnam ipsarum comunitatum. Salvo et reservato quod nulla
apodixa fieri possit de aliqua solutione facienda
alicui priorum dicti populi durantis suo offitio prioratus seu
fratri carnali filio seu nepoti carnali. Et quod si fie-
ret alicui predictorum non valeat ipso iure nec de tali apo-
dixa que fieret aliqua solutio fieri possit nisi
tantum fieret pro solutione dictorum priorum et eorum familie.
¶ Et ut ipse apodixe appareant evidenter et de expen-
sis predictis ratio lucidior habeatur fiat per dictum notarium
reformationum quoddam registrum de omnibus apodixis quas
ordine suprascripto duxerit scribendum. ¶ Et quod nul-
le ex apodixis predictis fieri aut scribi possint nec
debeant .b. diebus ultimis offitii priorum dicti populi nec
etiam de eis .b. dies aut nocturno tempore nisi apo-
disse ipse fierent et scriberent pro solutione stipendi-
ariorum ambaxiatorum nuntiorum et reparatorum di-
turnorum dicti comunis. Et camerarii dicti comunis teneantur et debe-
at suprascriptas apodixas per supradictum notarium refo-
rmationum scriptas in eo et ordine suprascriptas recipere
et admictere reputantes que apparebunt in eis
solutiones illis personis quibus ipsa pecunia debebitur ex
forma dictarum apodixarum. Et singule solutiones que
per camerarium supradictum fient vigore dictarum apodixarum
et ex ipsis apodixis habeant pro utilibus et necessariis ex-
pensis comunis predicti auctoritate presentis capituli.

¶ Capitulum contra corruptores offitialium — — R. 182

56. Item dicimus et ordinamus quod quicumque infama-
tus esset de aliqua corruptione potestatis vel capitanei
comunis Fulg. vel aliquorum offitialium dicti comunis vel ali-
cuius eorum seu de aliquo lenocinio quod tam corrupto

quod ille qui fecit fieri debeat die sabbati per totam civitatem Fu-
lginei cum mitria in capite suo duci et postea in dicta civitate
Fulginei non possit habere comodum nec honorem. Et insuper
in 200 libr. den. quas potestas et capitaneus possit et debeat con-
dempnare. Et penam predictam dicte portationis dicte mitrie
et possit redimere pro 100 libr. den. et dictus non utatur
tur in palatio dicti comunis vel populi civitatis predicte nec possit
[illegible] pro aliqua procuratione advocatione seu procura-
tionum prestare. Et si receperit non valeat nec tene-
at ipso iure. Et si contrafecerit in quolibet predictorum ca-
suum incurrat quilibet comuni Fulginei pro potestate vel capitaneo
in 25 libr. den. penitus condempnetur. Que omnia et si-
ngula supradicta que superius in presenti capitulo continentur
remaneant in prudentia et arbitrio potestatis
considerantis personis delinquentium et qualitate negotii
seu rei maxime in predictis in fungendis que possint
et debeant sua prudentia moderari. ¶ Item quod quin-
cunque omni tempore quo erat officium consulatus occasione ma-
leficii seu detentionis que fiebat de aliquo mandato con-
sulum vel alterius officialis ab aliquo civitatis Fulginei
vel districtus recepit aliquid [illegible] vel aliquam quantitatem
pecunie teneatur illam quantitatem seu illud quod rece-
perit restituere sine aliqua diminutione illi a quo
receperit seu heredibus eius seu illi qui haberet ius et causam
ab eo. Et potestas et capitaneus et priores populi dicte civitatis
et quilibet ipsorum precise teneatur sub pena 50 libr. den.
et quilibet consentientes et non observantes predicta talem
a quolibet [illegible] recepit constringere infra x dies postquam peti-
tum fuerit coram eis ad restitutionem illius quanti-
tatis seu illius quod recepit cum effectu recepta prius
probatione tamen vel duorum testium de publica fama que
probatio plena et legitima probatio habeatur et in hoc casu etc.
¶ Item quod quicunque aliquod lenocinium fecit alicui officiali
vel fieri fecit [illegible] vel infamatus erit
vel fieri fecit fecisset lenocinium vel lenocinia vel
corrumpisset precio vel [illegible] aliquos officiales vel
officialem comunis Fulginei in 100 libr. den. comuni Fulginei condempne-
netur. Et potestas et capitaneus et ipsorum quilibet teneatur
precise [illegible] et pena 500 libr. den. de eorum salario
pro quolibet ipsorum in quibus [illegible] sindicatum dicti comunis si hoc
facere obmiserint debeant condempnari. Et in [illegible]
[illegible] eorum officii inquirere et inquisitionem facere
teneantur generalem contra omnes et singulos lenones et
corruptores officialium dicte civitatis et quem seu quos
invenerit culpabilem seu culpabiles punire et

Pena corrumpentium officiales et corrumpi facientium vel lenocinium per eos facientium et si facientium

est 200 lb. simplex sine mitria [illegible]

Pena dicitur corrumpentium officiales et per eos lenocinium committentes [illegible]

Probatio corruptele et lenocinii quo fiat.

in denunciare et denunciationem exigere pro eis. Et ad proba-
tionem tantum scelerum et delicti huiusmodi sufficiat
probatio .v. testium de publica fama que per certa suffi-
ciens et legitima probatio habeatur in hoc casu. Et quod ab
predictis potestas vel capitaneus nullam prorogationem vel ab-
solutionem habere possint in consilio vel arengha. Et si
fecerit non valeat ipso iure. Et dicti tales lenones
et huiusmodi corruptores non possint nec debeant
tempore correptive intrare palatium potestatis vel capitanei nec
domum aliquam alicuius officialis dicti communis seu in qua ali-
quis officialis moraretur. Et qui contra fecerit solvat
nomine banni 25 libras denariorum in quibus potestas vel capitaneus
fulginatis seu capitaneus communis predicti debeant condempnare. Et qui-
libet possit contrafacientem accusare et habeat medi-
etatem banni et nomen accusatoris teneatur secretum.
Et hoc capitulum sit precisum in qualibet parte sui capi-
tuli, vel lege aliqua non obstante, nec reformatione al-
iqua facta vel facienda.

Capitulum de dapnis datis — R/ 183

Item dicimus et ordinamus quod quicumque dampnum dede-
rit per se vel alium in blado alicuius, solvat communi fulginatis
nomine banni .x. solidos denariorum, cuiuscumque generis fuerit bladum
in quo dampnum dederit. Item quod si dampnum dederit in gro-
co, canapa vel lino seu cannepa vel orto, solvat bannum
.xx. solidos denariorum. Item si in vinea a kalendis aprilis usque
ad festum omnium sanctorum solvat vice qualibet communi predi-
cto 40 solidos denariorum. Et si intraverit et dampnum non dederit
solvat communi predicto .xx. solidos denariorum. Et si uvas in college-
rit solvat pro quolibet racemo seu racappo .v. solidos denariorum
et nihilominus solvat bannum 40 solidos denariorum ut supra est
scriptum. Item si fecerit frondes in ripa vinee
aut herbam fecerit in ripa vinee, solvat pro qua-
libet vice 40 solidos denariorum. Et si de aliis mensibus intraverit
in ripa vinee seu dampnum aliquod dederit solvat no-
mine banni .xx. solidos denariorum. Et si inciderit seu de vitibus
et portaverit ipsius vinee aut de arboribus fructi-
bus in ripa vinee fructiferis vel non fructiferis
pro qualibet vice seu arbore fructifera solvat communi
predicto 100 solidos denariorum. Et quod dampnum dederit in palis et
sarmentis seu palmitibus aut sepibus aut clusuris
et portaverit solvat nomine banni .xx. solidos denariorum.
Item si aliquis cum cane seu canibus venatus fuerit
a kalendis aprilis usque ad festum omnium sanctorum per vi-
neas solvat nomine banni vice qualibet dicto communi 40
solidos denariorum. Et nihilominus solvat penam dampni dati ut supra.

Et dicimus ista in de statuto [illegible] li. 4. R. 95 [illegible]

Croco canapa lino orto pro dapnis datis pena .xx. s.

In bladis cuiuscumque generis pro dapnis pena .x. solid.

In vinea et suis pertinentiis pena 40 s. pro dapnis datis .xx. s. et pro racemo .v. s. [illegible]

De vitibus sepibus sarmentis arboribus et palis vinearum

[illegible] ex canibus in vineis tempore ut hic

est scriptum.

88v

est scriptum ¶ Item si quis damnum dederit in blado
cum aliquibus granis si fuerit cum iumento boue asino mu-
lo vel mula si de die fuerit soluat pro qualibet dictarum
bestiarum inter qualibet v. s. den. Si cum capra vel
pecude soluat pro qualibet inter et qualibet dictarum be-
stiarum duos s. den. Si vero in campo lino orto orto
seu vinea seu arboribus cum dictis animalibus dupli-
cetur bannum. Si vero in meta bareta vel quouis genere
bladi seu leguminis aliquibus granis in campo vel lino et
de ipsis exportauerit siue mouerit soluat nomine
banni 40. s. den. Si vero cum iumento porco boue asi-
no mulo vel mula soluat v. s. den. ¶ Item si ali-
quis inciderit aliquam arborem fructiferam siue dom-
esticam soluat nomine banni communi fulg. 40. s. den. Si vero
inciderit ramum vel ramos pro quolibet ramo x. s. den.
Si vero inciderit non fructiferam xx. s. den. Si vero
ex ipsis arboribus inciderit fraschas seu ramos sol-
uat communi predicto v. s. den. ¶ Et si quis damnum dederit
personaliter in siluis incidendo vel exportando li-
gna vel arbores soluat communi fulg. pro qualibet inter
x. s. den. Si cum iumento boue asino vel capra sol-
uat pro quolibet animali predictorum v. s. den. Si cum pe-
cude aut porco xii. den. pro quolibet ipsorum animalium.
¶ Et si quis accusatus vel denuntiatus fuerit de dam-
no dato in siluis personaliter vel cum bestiis et di-
xerit vel probauerit non esse pertinentem siluam vnde accusatus
est ratione possessionis vel consuetudinis habite in ipsa si-
lua quod sibi non possit nec competit dummodo dicta sil-
ua sit et inueniatur allibrata illi seu illis qui dam-
num dicerent fuisse passi. Si vero predicta vel aliquid predictorum
fuerit de nocte commissa duplicentur banna
omnibus capitulis supradictis et quolibet eorum. Et stetur
et detur iuramento accusatoris de extimatione damni
usque in quantitatem x. s. den. Et etiam pena communi fulg.
applicanda usque in quantitatem x. libr. den. Si vero
damnum suum plus extimare voluerit probet cum
uno teste usque in quantitatem 40. s. den. Et ab inde
supra probet cum duobus testibus aut pluribus non obstan-
te capitulo statuti communis loquente de die si damnum non esset eui-
dens vel apparens. ¶ Hoc tamen saluo et reseruato quod
in predictis procedatur secundum quod ipsis nobis videbitur fauoren-
dum inspecta bonitate personarum accusantis et
accusate. Et super aliqua accusa seu causa de damnis
datis non fiat aliqua remissio sed possit tamen ipsas
causas diffinire et cognoscere notarius deputatus
super damnis datis pro dicto communi fulg. Et teneatur
constringere damnum dantem ad soluendum bannum
communi predicto et extimationem accusatori. ¶ Et ad de-
nuntiandum et accusandum admictantur

In campo lino horto orto et vinea cum animalibus.

¶ Ex vineis alibi quam in campo existentibus [illegible]

¶ Accusatus de damno dato non teneatur si probauerit ad se pertinere [illegible] possessionis vel si dicta silua [illegible] allibrata accusatori

¶ Arborum not. d. d. circa extimationem d. d. [illegible] accusatoris [illegible] [illegible] damnum non apparet [illegible] certa. vide in statuto [illegible]

[illegible]

¶ Nota d. d. causas possit cognoscere et non [illegible] alteri et c.

In blado cum aliquibus granis cum animalibus

¶ Ad hec de d. exportato de meta bladi vel leguminis [illegible] [illegible]

¶ De siluis in hic

De nocte duplicentur pene omnibus capitulis

¶ De quanto damno credatur iuramento accusatoris [illegible]

¶ Per [illegible] et accusa in siluis [illegible] [illegible]

filij familias et laboratores et minores xv. annis
a predictis teneantur et dominus noster et quolibet predictorum
denuntiationem recipere et facere inquisitionem tam
ex suo officio quam ad petitionem cuiuscumque petentis ad penam
.x. librarum denariorum. ¶ Item quod in predictis et quolibet predictorum
possit procedi de similibus ad similia in casibus qui non
inveniuntur expressi in presenti capitulo et de computatione
dampni et datione ipsius. Et stetur simplici verbo ipsius custodis
illos quos invenerit dampnum dantes cum bestijs
et sine bestijs, possit teneantur et debeant puniri et
condempnari dicto comuni in penis et bannis contentis tam in
presenti capitulo quam alijs capitulis statutorum comunis expressis,
dicti comunis, ac etiam facere satisfieri illis qui dampnum
passi fuerint. ¶ Item quod dominus noster habere debeat duos
bonos baiulos de dicto comitatu Fulginei, qui bene con-
gnoscant personas comitatus dicti comitatus, ac etiam de
planitie, et quatuor baiulos de montanea, qui co-
gnoscant personas comitatus de montanis, et eas bene no-
verint. Qui baiuli granum non possint nec debe-
ant per potestatem capitaneum nec per alium officialem dicti
comitatus, absque voluntate domini nostri, nec imponere
eis possint vel possit aliquam ambaxiatam, alicui
alicuius officialis comitatus predicti, sine voluntate nostri
domini dicti. ¶ Item siquis accusaverit aliquam villam seu
villas de aliquo dampno dato per plures masseriis, et ul-
la fuerit contumax, sindicus talis ville solvat
comuni predicto pro ipsa villa et focularibus ipsius, scilicet pro quoli-
bet masserio .xv. denariorum parvorum, pro quolibet foculari ville
predicte accusate. Et quod baiuli supradicti statim fiant
pro permanentia non que fieret per eos vel aliquem ipsorum
de aliquo accusato vel denuntiato ab accusatore vel
denuntiatore seu ab alio ad cuius petitionem fieret per-
manentia. ¶ Item quod si aliquis fecerit frondes
alibi quam in nemoribus, et in arboribus domesticis in
.x. solidorum denariorum, et in vineis in alijs in .v. solidorum denariorum. Nec qualibet
comitatus Fulginei condempnetur, et emendet dampnum patienti.
¶ Item quod siquis accusaret aliquam villam de dampnis datis per
sindicum ipsius ville, teneantur dare malefactores, maiores
.xv. annis, et pater teneatur pro filio seu filijs maioribus et
fratres pro fratre maiore, et dominus pro famulo, solvere illa quanti-
tatem et extimationem que esset sive fuerit de dampno
predicto, et cuius occasione, ac extimationem ipsius dampni singuli
ipsi minores condempnentur. ¶ Item dicimus quod nec po-
testas nec capitaneus, nec aliquis ipsorum, vel aliquis officialis
eorum vel familiaris possit nec debeant aliquibus offi-
cialibus existentibus in dicto comitatu Fulginei, nec ipsorum fa-

Nota quod potest procedi de similibus ad similia in dampnum datis et ut hic [illegible] quod et potestate etc.

Confirmat statutum Comunis etc.

Potestas vel capitaneus non potest aliquid preponere baiulis custodibus dampnorum datorum ut hic et [illegible] quod nec potestas etc.

De contumacia ville et pena ipsius sindici dicte ville, et non quod dicitur de quolibet ut [illegible] quod addatur statuto dampnorum datorum [illegible] .x. quod simpliciter [illegible]

Malefactor dampnorum datorum, si fuerit maior xv annis, et tunc pater pro filio et dominus pro famulo et frater pro fratre, et [illegible] possit quam enim comunis [illegible] statuto [illegible] quod non sit [illegible] et debet gravare [illegible] ut [illegible] etc.

De inventione seu simplici verbo notariorum dampnorum datorum ut hic ibi [illegible]

Nota de fructibus [illegible] et de inventione [illegible]

Baiuli comitatus [illegible] dampnorum datorum [illegible] debent [illegible] xiv [illegible] potestas etc.

Dampnum datum in frondibus [illegible]

Pena [illegible] potestatis capitanei et [illegible] comunis h y [illegible] 57 etc.

89v

mulis/ aliqua in curia dicto vel facto/ molestiam seu ulte-
rius inferret/ vel fieri faceret seu inferre/ Et siquis contra
fecerit/ puniatur in duplum quantitatis/ in qua cuius al-
iquis seu alius dedita curie condempnaretur/ de iniu-
ria facta cuius/ per syndicum dicti comunis pisani/ de ipsorum
salario/ ¶ Item siquis dampnum dederit in xi
[illegible] capitibus vel [illegible]/ puniatur ut de lingeis ¶ Item
quod nec potestas nec capitaneus nec aliquis officialis ipsorum
possit vel debeat constringere aliquem bamulum seu
ne familiarem nostrum supradictum/ ad aliquid faciendum
dum sit hortulana eiusdem nostri ¶ Item siquis dam-
num dederit in apibus solvat m. 40. s. den. si
de nocte duplicetur bannum dicto comuni condempnetur et em-
dat dampnum patienti et stetur iuramento accusatoris
¶ Item quod quilibet villa seu locus et quilibet castrum
districtus fulginei teneatur et debeat infra mensem post
festum beati feliciani/ ordinare et facere ipsorum sindi-
cum et procuratorem/ qui possit dictorum nomine ipsorum
castrorum villarum et locorum/ in curia dicti comunis civiliter et
criminaliter respondere et comparere quotiens per officiales
dicti comunis/ ad penam et sub lx den. pro quolibet/ in quibus pro po-
testate seu capitaneo aut alterum ipsorum/ contra facientes
comuni predicto debeant condempnari/ Et ad hoc ut homines
castrorum villarum et locorum in curia dicti comunis/ civi-
liter et criminaliter sciant predicta predicti potestas et ca-
pitaneus infra decem dies curie fulginei faciant predicta ba-
diri/ ne de predictis ignorantia possit pretendi =
¶ Item dicimus quod habitatores omnes contrate de pugillis contrate
monasterii sancti claudii contrate hospitalis sancti gregorii
vel georgii et etiam potius novam civitatem et omnes
habitatores infra circhas novas dicte civitatis tractentur
ut alii cives dicte civitatis/ in dampnis datis ¶ Item quod si
aliquis dudum habitator seu habitatores alicuius ville
seu villarum districtus dicte civitatis discessit vel discessi-
rit in futurum ab habitatione ipsius ville seu villarum/ ob
timorem guerre et malorum hominum/ ob vitandum
in contrata et habitatione civitatis fulginei redeundum/ hospita-
les discedentes/ contributionem vel solutionem alicuius con-
dempnationis vel banni/ quod a tempore discessus facti et ab in-
antea faciendum ipsi tales discedentes/ contribu-
tionem vel solutionem alicuius condempnationis vel banni sla-
ti aut facti et et faciendi/ in easdem villas statutis
vel partis de aliquo dampno dato guasto incendio vel
aliquo alio delicto commissis in pertinentiis ipsius ville
seu villarum nullatenus teneantur nec constringi pos-
sint sed tamen substineant habitatores ipsius ville
vel villarum qui tempore dati dampni vel dampni commissi vel com-

Pena dupli etc.

[illegible]

Pena [illegible] et qui habet [illegible] et [illegible] dapnum.

De apibus et pena eius qui dapnum dederit in apibus

Quod villa faciat sindicum et qui defendant [illegible] com. fulg.

Quod de dapnis datis in pertinentiis villarum/ teneantur habitatores villarum [illegible] illi qui a dictis villis iam discessissent etc.

Qualiter iste qui venit ad habitandum intus et recessit de villa possit dare pro malefactore … et C. xxx. … qui ceperit … et firmaverunt etc.

retinendi in ipsa villa seu villis habitabat seu habitave-
rint in futurum capitulo aliquo non obstante. ¶ Et si
ipsi tales discordantes fuerint de dicta villa seu villis
seu pertinentiis earundem, et aliquod damnum darent
vel facerent aliorum cum bestiis vel sine bestiis, quod dic-
tus dampnum datorum possit accusari et denuntiari per-
sonaliter secundum formam statuti, de quo vel quibus non fuerit ac-
cusatus seu denuntiatus vel inquisitus per notarios sup-
radictum. ¶ Item quod accusa quae fieret per quemcumque fa-
miliarum … cuiuscumque personae de quocumque illato da-
mno vel de quacumque illatione damni nec datorum et quod
fieret per procuratorem nullatenus admittatur
nec recipi possit per notarios supradictum, non obstan-
tibus aliquibus verbis scriptis in presenti statuto. Personis
nisi non … procuratores ac et monasteriorum
hospitalium et aliorum piorum locorum de dampnis datis
quae fierent in bonis ipsorum locorum possit et …
accusare et denuntiare et recipiantur ac et admittantur.
¶ Item quod quotienscumque aliqua villa incurreret in
aliqua contumacia occasione alicuius accusae factae
de ipsa villa de aliquo damno dato cum bestiis quibus-
cumque quod ipsam contumaciam seu bannum quod solvi deberet
per ipsam villam seu sindicum ipsius occasione ipsius accu-
sae solummodo solvere teneatur ille persona de illa villa
quae habuerit bestias de quibus facta esset dicta accusa
et non alius, capitulo aliquo statuti tam proprio quam communi quod de
hoc loqueretur non obstante. ¶ Item quod nulla persona
possit nec debeat retinere aliqua bestia caprina
seu pecudina in civitate Fulg. nec a … novis
versus dictam civitatem, poena .100. s. den. pro qua-
libet qua fecerit. Salvo quod marcellarii possint tenere
bestias prout eis permissum est et licitum posse
tenere ex forma capituli statuti presentis sed … de marce-
llariis … ipsius statuti … ¶ Et et quilibet alia persona
retinere valeat ac possit unam capram pro sua
necessitate tantum. ¶ Item dicimus quod nulla persona
districtus Fulg. possit nec debeat tenere vel … (?)
capram vel capras infra hos confines videlicet a villa … ma-
… infra versus civitatem predictam et in ipsa villa
et a villa Angeriam infra versus dictam civitatem Fulg.
et in ipsa villa et a villa Fontis Appelli infra versus
civitatem predictam et in ipsa villa ¶ Et a villa Palis et
Collis infra versus dictam civitatem Fulg. et in ipsis
villis ¶ Et a villis Flaminguam (?) citra versus civitatem
Fulg. et in ipsis villis ¶ Et a villa Zunighte citra
versus civitatem Fulg. et in ipsa villa prout recte proten-
ditur usque ad flumen Timie (?), et prout …

Quae persona possit accusare vel denuntiare et quo vide s. c. … 4. 19. 41. et … statuto latere 2° … et … etc.

De dampnis … illos qui habent bestias in contumacia etc.

De capris non retinendis in civitate vel in districtu, nisi … 144 de marcellariis … Sed unam capram quilibet potest retinere pro … usu (?)

Nota quod nullus potest tenere seu retinere animal pecudinum nisi sint marcellarii

90v

O. p.

trahit ipsum flumen et ad villam Rosarii et Butrii et
ripis villis et terris pertinentibus usque ad civitatem pre-
dictam. ¶ Et qui contrafecerit in 100 s. den. in quolibet
casu quolibet capra pro capite ipsius solvant ac-
cusatorem super eum, et ideo communi debeat condempnari. Et li-
ceat unicuique contrafacientem accusare, et habeat me-
dietatem banni, et nomen accusatoris teneatur secre-
tum. ¶ Et quod potestas vel aliquis pro eorum non possit da-
re seu concedere aliqua licentia per aliquem officialem
dicte civitatis. Et si daretur non valeat ipso iure. Quia
condempnari non debeant ut supra ius est scriptum
tam in penis supra scriptis quam et in perditione seu
amissione capre vel caprarum, et ideo communi applican-
de. ¶ Item quod notarii super dictus teneantur et debeant coge-
re illum contra quem procederet de dampno dato ad
respondendum et confitendum expresse accusa-
tionis inquisitionis seu denuntiationis que fieret con-
tra eum. ¶ Et si accusatus inquisitus vel denuntiatus ne-
gaverit aut negaverit rem de qua procederet con-
tra eum pertinere ad accusatorem vel ad alium ad cuius peti-
tionem procederet, sive quod negaret proprietatem ubi inte-
tata esset proprietas rei ad se pertinere quod sibi lega-
tum tempore confessionis negare et non possit et proba-
re teneatur ille ad cuius petitionem procederet, ad cuius proba-
tionem sufficiat probatio quod res illa de qua procedit-
ur cum sit scriptam in libro sua vel quod eam habeat ab illo
in cuius libro reperitur scripta, vel cum possessione sua vel
sui auctoris illius anni ad minus in quo dampnum
sit datum, vel legitimus titulus cum posse-
ssione ipsius anni vel possessione pacifica .x. annorum sine ti-
tulo. Quod si non probaret accusans vel denuntians sive
ad cuius petitionem procederet, de facto dominus potestas auferat
100 s. den. et ad manus camerarii communis fulginei faciat
devenire. ¶ Et si probaret de facto auferat neganti di-
ctam penam et ad manus dicti camerarii communis faciat deve-
nire. ¶ Et dominus potestas non possit nec debeat si confi-
tentem cogere ad negandum proprietatem sive rem perti-
nere ad accusatorem vel ad illum ad cuius petitionem pro-
cederet si hoc confiteri negare noluerit. ¶ Et si
ad accusantem rem non pertineret iure proprietatis vel
possessionis sed solum haberet ius percipiendi fructus quo-
cumque titulo vel modo, et accusatus negaret ius
accusandi non pertinere ad accusatorem, et accusatus pro-
baverit ius habere percipiendi fructus, negans puni-
atur ut supra. Et si non probaret, ipse accusans puni-
atur simili pena. ¶ Item dicimus et firmamus quod in quo ne

[Margin notes:]

¶ Pena .c. 100 s. et perditio capre si ... pena post ...

¶ De licentia non danda

¶ Quod inter cetera si accusatus denuntiatus vel inquisitus negat rem pertinere ad accusatorem ... et ad quem pertinet et quod probare ... et in statuto de pena dampni dati ...

vel dicat

Nota hanc mutationem alterius statuti in quo dicitur quod villa non potest dare pro malefactore aliquem habitatorem civitatis Fulginei. Et sic in corrigi statuti dampnorum datorum R vij. eam sub .. quamquam assignatur. Sed advertite quod hic dicitur quod debet probari per duos testes ydoneos et sic non potest .. de illa villa

lius possumus statuentes quod si aliqua villa distric-
tus civitatis Fulginei per aliquam personam quomodocumque esset vel
fuerit accusata et sindicus talis ville accusate da-
ret aut assignaret domino potestati aliquem malefa-
ctorem civitatis Fulginei qui dannum dedisset in resti-
tutione possessionum a qua dicta villa accusata esset aut esset
et tempore in ipsa accusa descripto / et dictus sindicus legi-
time probaret per duos testes fide dignos dictum ta-
lem civitatis Fulginei in malefactorem datum et as-
singnatum domino potestati per sindicum supradictum / dictum da-
nnum dedisse et fecisse / quod idem malefactor tene-
atur et debeat / ac possit cogi / et similiter condemnari /
ad solvendum penam et dannum / resultantem
de dicta accusa seu processu / et non villa accusata / nec eius
sindicus vel inde eius / non obstante aliquo capitulo statutorum
tam populi quam communis / quod de hiis loqueretur nec aliquibus
verbis derogatoriis in ipsis statutis / aut aliquo
verborum appositis et descriptis / Et maxime illa verba
quod dictat / quod aliquis civis Fulginei non possit pro ali-
quem indampnis datis in malefactorem dari nec
assingnari / que verba de dicto statuto detrahimus et volumus
in aliquo non valere. Item ordinamus et dicimus quod
dominus potestas dampnorum datorum vero et pena 25 librarum
denariorum de suo salario / teneatur et debeat / dictam novitatem
factam / per quam itur a ponte lapideo / sito extra por-
tam sancti Jacobi / ad pontem ecclesie sancte Margarite / iuxta
portam civitatis constructam / sub vocabulo sancte Marga-
rite / manutenere et manutenere facere / in dicta
certo gomoratam et largam / ad minus per unam me-
zengham / et teneatur et debeat dominus potestas / ita etiam ta-
liter facere et curare / quod in dicta via nulla persona au-
deat vel presumat / proicere aut proici facere / aliquid
letamen sterquilinum / nec aliquid aliud turpitudinis.
Et si quis contra fecerit / per dominum potestatem in x solidis denariorum / vice
qualibet qua contrafecerit puniatur / que pena veniat
in communi Fulginei / Et quod de ipsa via nulla persona cuiuscumque
conditionis existat / audeat vel presumat / modo aliquo
apprehendere / nec ipsam aliquatenus occupare / sub pena
25 librarum denariorum

Nota quod hoc statutum appositum fuit in reformationibus novorum murorum civitatis Fulginei. Quod loquitur de ponte lapideo extra portam sancti Jacobi.

De mulieribus male fame non morandis infra muros novos civitatis Fulginei

R 184

Vide in primo R 203 et statutum .. libro 2° R 95 et quod .. libro 1 R 203.

Item dicimus et ordinamus quod mulieres male condi-
tionis et fame / non habitent nec habitare possint
infra muros veteres civitatis Fulginei ad penam 10
librarum denariorum pro qualibet vice / et qualibet qua
contrafecerit auferenda. Et quandocumque huiusmodi mulie-

31v

ribus vel aliorum eorum domum alicuius portam .s. deos mu-
ros vectes ad ponsionem loco dubit in eadem pe-
nam incurrat. Et potestas et iudex malleficiorum dictis
cuntis ad requisitionem consulum sollicitatum
dicte curie vel aliquorum ex eis teneantur inqui-
sitionem facere de predictis. Et tales mulieres condem-
nare in quantitate predicta et eodem modo illum vel illos
cuius vel quorum fuerint ipse domus in quibus mora-
rentur male mulieres predicte contra formam predictam.

De re in emphyteosim data — R. 185.

r. B. f. xi. et xii. et / r. C. f. 48 et f. 49.

Item dicimus et ordinamus quod si aliquis ab aliquo eme-
rit vel emisset vel alio modo sive titulo in emph-
iteosim habuerit domum vel rem aliquam totam
vel partem ipsius et post dictam emptionem vel alium titulum
habitum de re predicta vel parte ipsius aliquis alius eme-
rit vel alio titulo eidem in data fuerit domus seu res
alia in emphiteosim vel alio modo in totum vel in par-
tem sive ab eodem venditore sive alio modo quod nullo
obstante quod idem primus emptor seu alium titulum ha-
bens de dicta re vendita seu alteri concessa auctoritate ri-
gore presentis capituli sit potior in tenuta et possessione eius
rei predicte et propter potior et prior et potiora iura habens
consequatur. Et tales primus emptor vel alium
titulum habens eundem primum emptorem vel alium titu-
lum habentem vel optinentem a secundo emptore vel
alium ius habens non possit nec debeat molestare
nec inquietare aliqua ratione vel causa in iudicio vel extra iudicium
vel extra. Et si emptor secundus vel alium titulum ha-
bens eundem primum emptorem vel alium titulum ha-
bentem in causa vel extra causam vel etiam in ipsa re molesta-
verit vel molestiam fecerit seu brigam et non
permiserit eum pacifice et quieta possessione gaude-
re de re predicta per potestatem ipsius dicti comunis in 200 libr.
den. vz. dicto comuni pro duabus partibus et tali inquisito pro
tertia parte debeat condempnari. Et si capitula negli-
gens fuerit in predictis et predicta executioni non duxe-
rit infra mensem a die postulationis et requisitionis
mandandum per syndicum dicti comunis in 100 libr. den. co-
muni debeat penitus condempnari nullo alio capitulo
vel iure contrario obstante huic presenti capitulo. Et
hoc capitulum sit precisum in qualibet sui parte et mu-
tari non possit et locum habeat in presenti preterito et
futuro tempore. Nec non preteritis presentibus et futuris co-
nibus. Et intelligatur molestia et briga facta primo
emptori vel alium titulum habenti per secundum emptorem eo
ipso quod de ipsa emptione vel alia obligatione conveniret aliquis

Et si res alii concessa vel vendita sit aliquo quocumque titulo concessa duo-
bus ... Qui primus
sit potior iure et ... r. 1. 7.
... molestetur ...

apparet. ¶ Item quod si aliqua persona mitteret aliquam
rem scilicet terram, vineam, domum vel aliam rem quam
ad scriptum vel alio modo teneret ab aliqua persona
ecclesiastica vel collegio et caderet a iure suo qualitercumque,
quod aliquis dominus sub quo vel districtus non audeant nec
presumant ipsam rem recipere modo aliquo. Et si receperit
non valeat, sed possessio ipsius rei sit illius qui primo ipsam
rem possidebat et eius heredibus remaneat ex
suo legitimo procreatis. Et si non sunt ex utroque cadant in
proximiores ad ipsam hereditatem. Et intelligatur po-
sterorum verum qui descendunt ex parte lineae masculinae.
Et qui contrafecerit in c. libr. den. pro capite puniatur. Salvo
semper predicto quod duabus partibus condemnetur et tertia parte
inventori. Et primus possessor in ipsa re seu po-
ssessionem predictorum capitulorum defendatur. Et si idem pre-
potestas non defenderet, sed incurrat dictam penam de-
dictus primus possessor a quolibet molestante ipsum
in re ipsa possit offendere sine pena et banno. Et similiter
dicimus quod si aliquis aut successor fuerit aliqua res
ad scriptum seu in emphiteosim concessa ab aliquibus
clericis qui dicentur clerici seu rectores alicuius
ecclesie seu res seu ecclesie decideret talis res seu potestas ipsius rei quacumque
de causa maxime pretextu exaccionis vel alicuius laudi seu sine consensu
clericorum promulgate quocumque modo perdiderit amiserit vel
admiserit vel occasione alicuius renuntiationis assignationis
vel restitutionis vel effora alicuius contractus obligationis vel oblationis
donationis vel permissionis. Et clericus vel alia persona pro
dictam talem qui dictam rem ad scriptum habuerit in tenu-
tam et possessionem dicte rei molestaverit aut molestiam fecerit
proximiores consanguineo usque in tertium gradum ipsi
sumant fecisse in quinquaginta libr. den. pro vice condempnetur.
Et ad predicta probanda sufficiat probatio duorum testium
de publica fama vel unius dicta sententia. Et talis primus
possessor possit propria auctoritate possessionem ipsius rei apprehendere
et eandem rem tenere et possidere donec tertia generatio ipsius
fuerit finita. Et potestas et capitanei vicario vicarii et pena
100 libr. den. pro quolibet ipsorum et ipsi et quilibet ipsorum ten-
eantur et debeant talem possessorem talis rei in ipsa
possessione defendere et tueri cum effectu de facto ab omni per-
sona universitate et collegio. Et hoc capitulum sit precisum et
valeat non obstante aliqua lege seu aliquo capitulo
statuti vel retro porto et valeat in preteritis et
futuris.

92v

¶ De via facienda iuxta motorotia carbonariarum civitatis Fulginei. R(ubrica) 186

Item dicimus et ordinamus in nomine Domini amen. Quia
ubi maior incumbit necessitas ibi est plenius et fre-
quentius providendum contra dampna et incomoditates. Et ne-
gligentiam et malitiam officialium communis Fulginei ipsum commu-
ne preterito tempore sostinuit prout ipsa dampna et incom-
moditates sentiunt et vident omnes. Ideo nolentes circa uti-
litatem dicti communis et civitatis nec salubriter providere ac
presenti statuto firmamus invocato semper nomine yhesu domino
quod circumcirca montorotia carbonariarum civitatis Fulginei
in pede dictorum montorotiorum versus dictam civitatem videlicet a porta
cavallo usque ad foram molendinorum novorum dicti communis fiat una via
ampla una megiongha et dimidia. Et si quid deficit in locis
seu loco ubi dicta via fieri debet in amoveat [illegible] excep-
ta [illegible] quod circa loci fierum minorum qui sic est ibi firma stare
maneat ac illesa. Et in ea ibi fiat et fieri debeat secundum provi-
sionem dominorum capitaneorum priorum populi ac confaloneriorum iustitie dicte
civitatis. De monasterio vero sancte Caterine una megiongha neque
dimidia amoveatur iuxta ipsa motorotia dicti communis et [illegible]
[illegible] et fiat ibi [illegible] et fiat habitatio supra in dicto
palatio expensis communis Fulginei sic melius et commodius fieri poterit
pro honore ac statu dicti monasterii et communis predicti ita quod predictum mo-
nasterium et carbonarie [illegible] libere consistant. In quibus mon-
torotiis nullus audeat laborare nec edificium aliquid facere
nec aliquam arborem plantare aut plantari facere. Contrafa-
cientes vero in predictis aut in aliquo predictorum in 100 libras denariorum pro
quolibet et vice qualibet quam fecerit communi Fulginei pro supradicto ca-
pitaneo condempnet. Et quilibet possit contrafacientes accusare et habeat
medietatem banni et nomen accusatoris teneat secretum. Et
capitaneus populi quolibet mense de predictis inquisitionem facere teneatur
generalem. Et quos invenerit culpabiles punire et condempnare
condempnatos et exigere procuret. Et predicta capitaneus populi dicte civitatis te-
neatur executioni mandare et fieri facere infra duos menses a principio
sui regiminis. Et si in predictis fuerit negligens seu pre-
dicta facere obmiserit incurrat in pena 500 librarum denariorum communi Fu-
lginei condempnetur. Et ipso facto sit infamis et forbaditus dicti communis et
pro rebelle et forbandito dicti communis pronuntietur et in facie
palatii supradicti depingatur.

¶ De hiis qui vendiderit aliquam
rem alterius et promiserint defensore existere. R(ubrica) 187

Item dicimus et ordinamus quod si aliquis de civitate Fulginei vel
comitatus districtu aliquam seu aliquibus de dicta civitate vel distric-
tu de aliqua re seu rebus venditionem seu alienationem fe-

> Quod si venditor non dederit defensorem
> emptori in termino convenit, tamen postea
> potest dare et protestari, et servata
> forma hic data potest cogere venditor
> emptorem ad solutionem pretii etc.

rerit, et tales venditor seu venditores ad certum tempus
seu terminum aliquem in defensorem seu pro defensore rei
seu rerum venditarum aliquem facere obligari promisit vel
convenerit seu convenerit quod non obstante quod in dicto termino
seu tempore non dederit vel assignaverit dictus venditor vel
eorum emptori seu emptoribus defensorem seu alium quem
promisit facere obligari ad defensionem rei vendite, dictus
emptor seu emptores et quilibet ipsorum teneantur et debeant
ipsum defensorem seu illum quem emptori promisit seu pro-
misisset facere obligari ad defensionem ipsius rei recipere pro defe-
nsore rei vendite ad petitionem et requisitionem venditoris
dicte rei. Et sufficiat venditori seu venditoribus si protesta-
tus fuerit emptori seu emptoribus vel alicui ipsorum quod para-
tus erat seu erant illum defensorem seu illum quem promi-
serat facere obligari ad defensionem rei vendite facere constitui
et obligari ad omnia que promissa erant coram [illegible] vel eos. Et pro-
inde habeatur ac si promisisset et obligasset et consensisset et omnia
fecisset coram premissa protestatione premissa. Et talis vendi-
tio vel alienatio sit rata et firma et valeat et teneat
ac et promissio partium in stricta et facta pro dicto empto-
re seu emptores venditori rei plenum robur optineat.
Et tales promissiones partium executioni fieri debeant nulla alia
exceptione audita nisi solutionis et falsitatis. Et hoc
pro modo suo deposito non obstantibus aliquibus pactis hactenus initis
contrariis et aliquibus statutis communis vel populi loquentibus in contrarium. Et po-
testas et omnis iudex et quilibet ipsorum possit inde infligere penam
500 librarum denariorum de suo salario communi Fulginei applicandam in quibus si
contrafecerit per sindicum dicti communis Fulginei ipso facto penitus condempnetur,
teneantur et debeant predicta omnia executioni mandare, ob-
servare et facere in totum secundum litteram observari. Et potestas de facto co-
gere et omni modo quo melius potest ad observationem omnium
predictorum infra ... dies postquam ... ut aliquo ipsorum q-
uerela proposita fuerit per huiusmodi venditorem. Et si ali-
qua probatio et testes fieri oporteret super premissis ipsos te-
stes teneatur recipere et examinare summarie sine strepi-
tu et figura iudicii et litis contestatione et libello et iura-
mento calumnie et salvo aliquo ad petitionem et requisitionem dicti ven-
ditores. Et predicta locum habeant in venditionibus factis temporibus
retro actis.

> Nota quod de facto depositum cum quo iste
> exceptiones ponatur vide in statuto in
> communis li. 1 R. 79 et 80 et in
> ... R. 204 et ... R. 107
> ubi non tenetur facere depositum
> quecumque notant ...
> positum.

Capitulum confalonerii iustitie communis et populi civitatis Fulginei — R. 188

In Christi nomine amen. Licet in principio creationis humane nature disposu-
erit rex pacificus humanum genus foret attentum
benivolum pareret quod pacificum exercuit humana cupidi-
tas et superborum audacia pacis et concordie emulis eam convenit
quotidie tot conatus quod nisi fuisset iustitia constituta

S · p ·

pax et concordia continue exulassent. Igitur ut avaritia cupi-
ditas et superbiorum vel superborum invidia refrenentur et
cessent, et per iustitie gonfalonerium concordia et pax vigeat
perpetuo in civitate Fulginei, sicuti apud multos exemplum in quo-
cumque genere unus est rex qui solus non habet consortes, ita in ipsa
civitate Fulginei pro populo vexillifer existat. Et ut iustitie que unicuique
tribuit quod est suum nomen assumat, vocetur quod vexilli-
fer iustitie populi Fulginatis, cuius sollicitudine industria
ac probitate ipsa tota civitas in iustitia conducatur et vigeat
in eadem, propter quod pax et concordie unitas et cupiditas et
superbiorum invidia reprimatur. Et ne iustitie nomen habeat sine
re, unusquisque quod suum est totaliter assequatur. Et quia ab ex-
perto didicimus quanta ipsa civitas tota fuit decorata
temporibus in salubri tranquillo ac prospero statu gubernata et
ipsius potentia honores et iurisdictiones fuerunt multipli-
cate augumentate et continuis vigiliis ac perfectis operibus
pro olim bonarum memoriarum nobilium virorum egregiorum et ma-
gnificorum militum domini Ugolini et domini Corradi patruum
et fratris carnalis egregii et magnifici militis domini Ugoli-
ni Novelli genitoris olim in dicto officio vexilliferatus presi-
dentium, nobilis et egregii militis domini Trincie olim dicti
domini Ugolini Novelli filii et predictorum nobilium virorum domini Co-
radi nepotis de Trinciis de Fulginio, necnon similiter ex per sup-
tionem natura tamquam per successus et eius firmiter deo sibi
annuente speratur et infallibiliter creditur quod sic per eum
ipsa civitas in iustitia et pacis tranquillitate conser-
vetur pariter et regetur. Ideo statuimus et ordinamus
ac presenti statuto et lege firmamus et volumus et mo-
libiliter obsequium derogatorio omnibus aliis statutis et ordina-
mentis in vel contra positis, et dominus nobilis et egregi-
us miles dominus Trincia natus condam predicti domini Ugolini
condam Novelli domini Trincie de Trinciis de dicta civitate Fulginei
civitatis presentis esse et statui sit et esse debeat confalone-
rius iustitie populi Fulginei diebus omnibus vite sue et
quod id ipse exerceat. Et cupientes et volentes ne
aliquis occasione predicti sui officii ipsum vel aliquem de sua
familia offendere valeat, sed se ipsum tutum reddat. Et
per decorum sui officii omni honore quo decet potiatur et
gaudeat. Ordinamus et decernimus quod liceat ipsi domino
Trincie et suis domicellis et familiaribus suis portare ar-
ma offensibilia et defensibilia pro decoro civitatis et ad
districtum potestatis et priorum liceat et ipsi domino Trin-
cie teneatur et debeat habere et tenere pro custodia sue

Nota hic multa ... Trincie ... fuerunt confalonerii

Creatur hic confalonerius dominus Trincia.

Confalonerius et sua familia ... portare arma ...

Decem familiares confalonerii [illegible] pro sua familia et x equi. Item habeat alios octo familiares [illegible]

Debebat habere 200 [illegible] 89

pro se x familiares sufficientes bonos et actos ad arma
portandum quorum x familiarium quatuor sint
domicelli et incedant ut domicelli et possint ar-
ma predicta portare pro dictam civitatem et districtum Fulg(inei)
et incedentes cum ipso domino Trincia et [illegible] ipso [illegible]
at et hec et tenere pro fortificatione ac honore sue per-
sone ac sui officii supradicti x equos ad extimationem com(munis)
Fulginei seu cavallata fiat per dictum commune Fulginei seu non
Et habeat et habere debeat dominus Trincia predictus pro dicto suo
officio ac retentione dictorum familiarium et domicellorum
ac retentione et gubernatione dictorum x equorum de pecunia
camere dicti communis Fulginei duomilia libras denariorum pro suis pro eorum ne-
cessitatem pro quolibet anno durante tempore vite sue domini
Trincie predicti. ¶ Item si contingat ipsum dominum Trinciam
ire per partes seu ambaxiatas dicti communis cum indigent(ia) pro
tempore pro honore et libertate populi Fulginei ordinamus et dici-
mus quod idem dominus Trincia habeat de pecunia dicti communis pro se
tantum et sua ambaxiata quadraginta soldos denariorum pro suis pro uno
pro quolibet die. Et pro quolibet alio equo quem duxerit
habeat et habere debeat xx soldos denariorum pro suis. Quas quantitates pecu-
niarum superius declaratas et ipsarum qualibet camerarius communis
Fulginei qui pro tempore fuerit [illegible] tenetur et debeat dare et
solvere cum effectu domino Trincie predicto vel suo nuntio sub pena privati-
onis et privationis sui officii. Et [illegible] debeat dominus Trincia
predictus dictum consilio dicti communis ¶ Item dicimus et ordinamus
nos statutarii communis et reformatores existentes nomine sui
dicti domini Trincie et ipsius honorem et famam crescere et augumentare
cupientes immo potius anelantes [illegible] qui in
supradicto capitulo aut in aliqua parte ipsius de nomine ipsius domini
Trincie fit mentio et per omnia usque ad finem ipsius capituli idem
dominus Trincia vocetur confalonerius iustitie populi Fulgi-
natis et capitaneus partis guelfe ¶ Item habeat quilibet
de domo de qua est dominus Trincia predictus nec non dominus Fra-
nciscus condam domini Corradi et filii condam domini Berardi domini Cor-
radi et ex ipsis descendentibus eorum familiaribus arma of-
fensibilia et defensibilia portare per dictam civitatem Fulgi-
nei et districtum libere sine pena et banno. Qui vero familia-
res domini Trincie predicti esse possint numero octo ultra alios x
[illegible] sibi datos et concessos per presens capitulum. Et familiares
domini Francisci et familiares filiorum domini Berardi esse possint
numero octo tantum inter omnes et non plurium. Et intelligantur
familiares predicti illi qui morantur seu morabuntur continue

Salarium confalonerii [illegible]

Confalonerius habeat s. 40 pro se [illegible] quolibet die in ambaxiata et s. xx pro quolibet equo alio.

xx s. pro caballo quolibet ambaxiata [illegible]

Confalonerius [illegible]

Capitaneus partis guelfe et confalonerius

Dominus Trincia vocabatur confalonerius et capitaneus ~~partis~~ guelfe

Item potuit arma portare [illegible]

94v

facere per se vel alium in consilio vel arengha Et si contra predicta vel
aliquid predictorum fecerit eorum officiis sint privati ipso iure
et perdant eorum salarium et applicetur comuni et propterea sint
infames Et quicumque consiliarius contra predicta consuleret vel quicumque
alia persona statim debeat discedere a dicto consilio vel
arengha pena et bano centum librarum denariorum pro quolibet in quem
per sindicum dicti comunis contrafacientes ponit et debeant conden-
nari Et hoc capitulum sit precisum cui nullum aliud capitulum
ante vel retro positum contradicat nec possit in aliquo de-
rogari Et potestas et capitaneus presentes et futuri teneantur infra x dies
a principio eorum regiminis hoc capitulum legi facere in consilio
generali

Capitulum contra rebelles R/ 217

Contra Corradum Anestasii

Item ad obviandum iniquitatibus et malitiis pessimi
hominis Corradi Anestasii et aliorum de domo sua et aliorum
suorum sequacium inimicorum dicti comunis [illegible] dicimus et
ordinamus et auctoritate presentis capituli statuimus et firmamus
et volumus inviolabiliter observari quod potestas capitaneus et potestas
pro dicto comuni qui pro tempore fuerint in dicto comuni presentes et
futuri teneantur et debeant omnes sententias et exbandimenta et processus
latos et factos contra Corradum Anestasii et omnes alios de do-
mo filiorum Filippi [illegible] et eorum sequaces observare in-
tegre cum effectu et facere observari per quoscumque officiales
dicti comunis nec permictant quod tollantur vel suspendantur
aliqua ratione vel causa per consilium vel arengam Et si per se vel alium fie-
ret contra formam cuiuslibet ipsorum potestatis et capitanei officio potestarie
et capitaneatus sint ipso iure privati et perdant eorum
salarium et applicetur comuni et propterea sint infames Et quicumque
consiliarius ad predicta daret consilium seu consuleret publice vel oc-
culte aut alius quilibet qui ad predicta daret auxilium con-
silium vel favorem capite puniatur ita quod moriatur

dicto. Et (con)bona ipsius ipso iure dicto communi Fulginei applicentur. Et
supradictus seu nominatus quis (con)putaverit in tantum eisdem
potestati et capitaneo teneantur hoc anno et ipso iure et ipso facto ex potestate
facere notare et (con)putare sicut in omnibus et per omnia in presenti ca-
pitulo scriptum est et supra. Et potestas qui contra predicta vel aliquod pre-
dictorum fecerint seu (con)senserint sicut capitulo puniantur
ita quod moriantur dicto.

De represaliis tollendis — R. 218

Vide etiam f. 62 et 86 et statutum novum R. 66 ...

Item dicimus et ordinamus quod potestas, capitaneus et potestas
populi civitatis Fulginei teneantur et debeant dare operam
cum effectum quod represalie tollantur omnibus hominibus de comitatu Ful-
ginei et represales personas ipsius comunis. Item quod si contingat oc-
casione alicuius debiti vel aliquam dominum civem vel virum
quendam seu (con)mitatensem dicti ... in aliquo forensi in aliqua
terra seu loco et aliquis noster civis seu (con)mitatensis oc-
casione predicta fecerit seu fuisset in aliquo dampnifica-
tus quod potestas, capitaneus et potestas populi civitatis Fulginei teneant-
tur et debeant in dicto iure possit cogere et constringere dictum
nostrum civem seu (con)mitatensem ad satisfaciendum dicto
nostro civi seu (con)mitatensi qui dampnum passus esset usque
dampnum et interesse quod occasione predicta substinuisset seu
passus fuisset seu esset.

Ut si aliquis ... represaliis ... [illegible]

De magistris pannorum lane vendendis in civitate Fulginei — R. 219

Item in nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Cum comunis
utilitas omnibus est preferenda attendentes itaque uti-
litatem predicte quod quam divites et pauperes in comitatu recipi-
unt ipsi quod divites propter ipsam utilitatem commoditatem recesse-
runt in corpore divitias et pauperes de paupertate
ad divitias permoventur, statuimus et ordinamus
et presenti lege firmamus quod potestas populi civitatis Fulginei
a viii diebus post festum beati Feliciani proximum venturum
omni exceptione et dilatione et remotis teneantur et debeant
procurare et ordinare expensis ipsius comunis ita et tali quod dicto
in dicta civitate Fulginei habeantur aliqui boni homines legales
et boni experti ac sufficientes magistri artis pannorum lani
ac et lanificiorum et tinctores cum magistri continue presentes
alios docent et faciant ipsas artes in dicta civitate Ful-
ginei a quibus magistris recipiant et donent provisiones

de exercendo dictas artes in dicta civitate Fulginei et tenere pro
se et alios et de faciendo garzonum et residentiam cum eorum
familiis in civitate predicta. Et quod pro pecunia expendenda
pro dicto comuni pro dictis magistris et aliis necessariis ore tenus
consilium fieri faciant generale dicte civitatis Fulginei et in ipso
consilio proponere sive proponi facere quod et quanta pecunia
ipsius comunis expendi debeat ut predicta ad effectum deduca-
tur. Et quo et quanta et quid aliud fuerit facien-
dum. Et quicquid per ipsum consilium fuerit reformatum in
observantia presentis capituli valeat et teneat ac si in pre-
sentem presens ipse et plenam optineat roboris firmitatem ac si reformatum
fuisset in consilio populi residentibus dicte civitatis ad bussulas et pallottas nemi-
ne discrepante. Et illud teneantur executioni mandare. ¶ Item
dicimus statuentes quod omnes et singuli magistri unus vel plures qui ve-
nerint aut venerint ad dictam civitatem Fulginei ad faciendum et exer-
cendum in dicta civitate dictam artem lane. Et nunc ut presentis capitu-
li habeant pro omnibus civitatis predicte et in omnibus tractentur ut alii cives
dicte civitatis et tam civiliter quam criminaliter quousque ipsam artem exer-
cerent et facerent in civitate prefata. ¶ Item quod ad comunem uti-
litatem ipsorum magistrorum et addendum eis et utique ipsorum mag-
nam ipsam artem in dicta civitate velle potius operari et possessores
Fulginei fiat et fieri debeat quoddam bonum et sufficiens tiratorium
de lignamine in quo et super quo dicti magistri et quilibet ipsorum tirare et
artare commode valeant pannos per eos fiendos. Quod quidem tirato-
rium semper sit ipsius comunis et pro ipso comuni iaceat. Et debeat fieri et
ordinari in illo loco in quo melius videbitur dominis prioribus quod
preter fuerint et confalonerio iustitie populi supradicti videbitur
et placuerit convenire.

De convenientibus mallia et volentibus intrare comunis Fulginei inimici F/220

Item dicimus et ordinamus ad reprimendam perfidiam et pra-
vam superbiam filiorum iniquitatis qui consueverunt per-
transire in penas. Et si aliqua persona que nollet seu non
posset in curia comunis Fulginei et coram officialibus ipsius comunis citatus
et diminatus convenire conmictaret seu conmicteret faceret aliquod ma-
leficium faciens vel delictum per ipsum vel fecit et alii consangui-
nei ipsius usque in tertium gradum presumat fecisse et conmicti vel
fieri fecisse. Et potestas et iudex ipsius iuramento teneatur et debeat

pro se et pena 500 libr. den. de suo salario illam communitatem in qua
predicus delinquens deberet condempnari pro ipsius facere commercio comunis ful-
ginei apparere facere vel aliis contingentibus usque in totum quodcumque. Et si po-
testas vel alius iudex in predictis fuerint negligentes et predictam offen-
sam non mandaverit per sindicum comunis fulginei in dicta communitate 500
libr. den. debeat condempnari. Et perpetuo sint exbanditi dicti comunis
et depingantur pro exbanditis in faciem et in facie palatii dicti
comunis fulginei cum nominibus ipsorum ad petitionem cuiuscumque petentis. Et
ille qui vel illi qui tale bannum seu penam solverit vel solverint
ex nunc prout ex tunc auctoritate presentis capituli habeant licentiam
et potestatem intrandi et apprehendendi tenutam et corporalem po-
ssessionem bonorum illius seu illorum qui maleficium vel delictum com-
miserint. In qua tenuta et possessione potestas capitaneus et priores populi
civitatis fulginei in eorum introitu defendere et tueri de facto teneantur et debeant.
Et in principio officii potestatis idem octo dies protestari debeat eidem po-
testati dicti capitaneus et priores teneantur predictum capitulum in omnibus
et per omnia sine diminutione aliqua debeant observare et observari
facere sub pena in dicto statuto contenta. Et in tempore quo iuraverit
potestas predictus teneantur et debeant priores illi qui computabit pro-
curamentum eidem potestati quod presens capitulum computet atque narret
in ipso iuramento et exprimat quod observet sicut supra iussum est ex ipsius
iuramento. Et dictam protestationem nomine dictorum dominorum priorum teneantur et
debeant dare et assignare sindico et notario aut rationatori
qui sindicabit eundem potestatem dicto tempore ad penam 100 libr.
den. de quo et ipse debeat sindicari

Ubi quis fecerit vel aliud sanguinem contingentem solverit condempnatus pro illo qui non potest penam solvere et comunis fulgin. quicumque possit pro sua mercede recuperare de bonis ipsius

De non exherendo aliquem ex iurisdictione comunis fulgin. — f. 221

Item dicimus et ordinamus ad removendum et opprimendum pravam opinionem et intentionem illorum qui iurisdictionem comunis fulginei appeterent minuere et opprimere et ut pravitate quod appetunt non sequantur quod nulla persona cuiuscumque condictionis existat audeat vel presumat citare vel citari facere vel trahere aliquem civem comitatensem vel habitatorem civitatis fulginei pro aliqua re vel causa ad aliam curiam quam ad curiam dominorum potestatis capitanei et dominorum priorum dicte civitatis fulginei et officialium ipsorum. Et qui contrafecerit in 50 libr. den. comunis fulginei condempnetur per

[illegible] vide [illegible] et statutis comunis [illegible] 6 [illegible]

[illegible] comunis fulgin. [illegible] 500 et nichilominus [illegible] et [illegible] ut [illegible] sanguinem

potestatem et eius iudicem. Et dicti potestas et eius iudex teneantur predictos procedere ad peti-
tionem cuiuscumque petentis et nomen ipsius tenere secretum. Et si aliquis b[…] ul-
lus aliquem de civitate Fulginei vel districtu vel habitatorem ipsius civitatis seu
districtus pignoraret seu citaret possit offendi et verberari ab illo
quem citaret ad aliam civitatem quam communis Fulginei vel pignoraret iussu aut
mandato alterius civitatis quam communis predicti sine pena et banno et pignus recuperet
et auferri ab eo. Et si quis nollet seu non posset in civitate communis Fulginei cum-
let et criminaliter puniri in predictis fuerint pro prioribus consanguineis ipsi-
usque ad tertium gradum computandum intelligantur fieri fuisse et condemnari
usque in [...] gradum presumat intelligant fieri fuisse et condemnar[i]
in penis predictis. Et si consanguineos non haberet et familiares seu [...]
in penis predictis. Et si consanguineos non haberet et familiares seu [...]

Marginalia: Quod bannitus possit offendi et ab eo pignus auferri si citat aliquem ex civitate communis Fulginei. — Vide ad [...] Rubrica 220 et alias Rubrica [...]

in penis predictis. Et si consanguineos non haberet et familiares seu [...] tenentur et rogant tales consan-
guineos ipsi masculi et femine ad predicta omnia teneantur et rogant tales consan-
guinei ad integram restitutionem faciendam eidem citato damnorum
omnium et expensarum quas sustinuisset et quas fecisset idem citatus occa-
sione predicta de quibus stetur et stari debeat simplici verbo eius. Et hoc ca-
pitulum predictum sit precisum cum nullum aliud capitulum in ultimo po[...]
pitulum sit precisum cum nullum aliud capitulum vel aliter in contrarium posset facere et requisitum tene-
atur. Et potestas et capitaneus vel alter ipsorum qui fuerit requisitus tene-
antur predicta observare et efficaciter demandare sub pena perditionis imperii et tertie
libre denariorum de eorum salario in quibus si defecerint vel negligentes fuerint per
sindicatum communis Fulginei debeant condemnari in eisdem et similibus ut supra
est expressum. Item quod si aliquis emerit aliquam possessionem in
confinibus alicuius terre aut prope confines territorii et districtus civita-
tis Fulginei per tertium miliare quod ex dicta possessione aut emptione facta dic-
tus talis emens masculus aut femina nec pro ipsa emptione communi Fulginei
datium aut gabbellam solvere minime teneatur. Et pro ipso datio vel
gabbella solvenda occasione dicte emptionis dictus talis emens per
aliquem officialem communis Fulginei nullatenus possit cogi set sit liber
et exemptus et maneat quantum pertinet ad predicta empta modo quo supra describitur.

Marginalia: Quod emens possessionem in confinibus communis Fulginei non solvat gabellam pro illa datum [...]

No.

Vide statuta [...] 91 [...] 163 [...] 32 [...] 53 [...] 167 [...] 99

Quod exbanditi et condempnati communis Fulginei possint impune offendi. Rubrica 222

Item quia prohibentur quodam statuto communis Fulginei capitulo posito
sub rubrica quod citati per aliquo maleficio ponantur in banno et
exbanditi communis Fulginei omnes offendi non possint nisi hii qui erunt
exbanditi pro certis maleficiis in ipso capitulo declaratis quare exban-
diti et condempnati dicti communis redire morari et stare secure ad civitatem
Fulginei et in ipsa civitate et districtu consueverunt plerumque ideo statui-
mus et ordinamus ac presenti statuto firmamus quod omnes quicumque
exbanditi et condempnati communis Fulginei quacumque de causa et quacumque condictionis
existant qui [...] pro condempnationibus datis et debitis custodiis aut qui
non ivissent ad confinia possint a quolibet sine pena et banno of-
fendi lesi capi et interfici. Et nullus possit ob dictam causam

condepnati. Nec contra eum per potestatem nec capitaneum nec ullum ipsorum officia-
les fieri aliquis processus nec aliqua condemnatio. Et si fieret non
valeat ipso iure et cuncta presentis capituli sint ipso iure cassi et
cassa dummodo occidi non possint. Et presens capitulum potestas et ca-
pitaneus teneantur et debeant integre observare in omnibus et
per omnia sub pena predicta iuramenti nullo obstante. Et hoc capitu-
lum sit precisum cum nullum aliud capitulum contradicat nec pos-
sit in aliquo derogari. Ita tamen quod presens capitulum non deroget ma-
xime ibi dum dicit dummodo occidi non possint capitulo seu ca-
pitulis loquentibus seu loquentibus contra rebelles et illos qui exbanditi et
condemnati fuissent pro iniuria seu offensa illata in aliquem qui
fuisset ad officium procuratus / qui tales exbanditi et rebelles
offendi ac capi et occidi possint impune seu absque pena et
banno sicut in capitulis loquentibus contra eos per omnia continetur. Hoc tamen
huic capitulo addentes quod exbanditi et condemnati pro aliquo malefi-
cio civitatis Fulginei usque in quantitatem 25 librarum denariorum et a 25 libris
supra possint a quibuscumque personis impune offendi ledi capi et in-
iuriari dummodo non occidantur sed 25 non librarum [illegible] detrahatur ~~[illegible]~~
condemnationem fienda de illo qui talem exbanditum et condepnatum a
25 libris denariorum [illegible] offenderet lederet vel caperet / [illegible] [illegible]
[illegible] exbanditus et condepnatus in libris [illegible] communis Fulginei.

Quod nullus presumat facere custodiam nisi pro una persona. R. 225.

Item ad obviandum malitiis illorum qui consueverunt una
nocte pro multis promittere custodire et custodiam pretio
facere statuimus et ordinamus quod nullus cuiuscumque conditionis
existat audeat vel presumat promittere custodiam facere nisi
pro una persona tantum illo sero seu illa nocte qua custodire volu-
erit pretio. Et si quis contra fecerit ex nunc auctoritate presentis capituli
debeat per potestatem communis Fulginei in X libris denariorum in qualibet condem-
natione dicto communi Fulginei quam condemnationem si solvere non poterit
stare debeat uno die publice ad pedem scalarum palatii dominorum
communis cum catena in gula et pretio sit infamis. Et quilibet
possit contra facientem accusare et habeat medietatem banni et creda-
tur iuramento ipsius et nomen eius teneatur secretum. Et notarius dominorum
priorum domini populi teneantur et debeant iuramento [illegible] sub pena privatio-
nis sui officii [illegible] quolibet mense bis inquirere diligenter et
quos invenerit culpabiles referre potestati dicte civitatis. Et quo-
libet facientes contra contenta in predicto capitulo presenti de sero ad petitionem
cuiuscumque petentis cogatur per dominum officialem suum custodia

dce civitatis deputatum in stinoris teneatur et responsalis ad reddendum omne id et totum quod ad manus suas pervenerit occasione p[ro]missionis aliter factis defraudando custodiam supradictam ultra quam per unam personam tantum illi a quo acceperit occasione predicta.

No.

vide ad idem r. 148 ... et statutis ... r. 76 et lib. 3 r. 58

De hiis qui opposuerit aliquam exceptionem excommunicationis vel dati non soluti — R. 224

Item dicimus et ordinamus quod quicumque opponeret seu aliquem in aliqua curia com. Fulgin. aliquam exceptionem excommunicationis et ipsam non probaverit infra octo dies a die oppositionis ipsius exceptionis solvat nomine banni com. Fulgin. in qualibet x libr. den. in quibus per potestatem debeat puniri et damnari. Item si opposita fuerit aliquam per quamcumque personam quod non solverit datia et collectas per com. Fulgin. impositas et imponendas et quod non fecerit summa realia et personalia. Et illa quam fuerit opposita fidem faceret summarie per capitulum seu alteram unum vel plures quod datia seu datium pro tempore imposita per dictum com. ac perlectum seu collectam pro sua libra solverit quod tales exceptio opponentur non possit quam audiant audiat et admictat, in iure quo probato intelligatur per hoc fuisse et substinuisse onera dicti com. realia et personalia. Et omnia datia et collectas per dictum com. imposita solvisse pro sua libra. Et nihilominus talis opponens solvat in se qualibet nomine pene centum solidos den.

De assidibus vendendis in platea veteri com. Fulgin. — R. 225

Item dicimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel presumat in civitate Fulgin. vendere assides alibi quam in platea veteri com. dicte civitatis. Et qui contrafecerit solvat nomine banni in se qualibet centum solidos den. Et quilibet possit contrafacientem accusare et habeat medietatem banni et nomen ipsius teneatur secretum. Et nullus debeat impedire aliquem in dicta platea assides vendentes ad penam predictam. Item quod nullus debeat emere assides causa revendendi aliquo tempore. Et si quis contrafecerit solvat in se qualibet nomine banni seu pene x libr. den. Et quilibet possit contrafacientem accusare et habeat medietatem banni et nomen eius teneatur secretum.

vide r. 43 et r. 211

Qualiter locari debeant possessiones com. — R. 226

Item dicimus et ordinamus quod omnes locationes hactenus facte per com. Fulgin. seu sindicum aut camerarium dicti com. de bonis rebus et possessionibus exbannitorum, condemnatorum et rebellium dicti com. quibuscumque personis sint casse et vane ... presentis capituli et nullius efficacie vel valoris. Et quod priores populi civitatis Fulgin. teneantur et debeant ... eligere tres bonos et legales homines videlicet unum pro qualibet terzerio qui boni homines ... presentis

107v

capituli cum consensu et presentia ipsorum priorum omnes possessiones dictorum
et bona eorum et rebellium et forbanditorum dictorum teneantur locare
videlicet terras vineas prata silvas domos et possessiones quascumque ad
optimum fictum et pensionem solummodo pro denariis seu grano tantum et
non ad laborerium. Et quicquid eo modo factum fuerit per predictos bo-
nos homines cum consensu predictorum priorum partis capituli va-
leat et teneat et nullam recipiat exceptionem ac si factum esset
per consilium generale seu sindicum dicti comunis ad hoc specialiter ordinatum.

De electione notariorum super dampnis datis — R. 227

Item dicimus et ordinamus quod potestas populi ac confalonerius iusti-
tie civitatis Fulginei quibuslibet sex mensibus et de sex mensibus in sex
menses prout eisdem potestati et confalonerio melius videbitur conve-
nire eligant et eligere debeant duos bonos legales et expertos no-
tarios ipsos quos eligere teneantur forenses origine et habitatione
longinquos a dicta civitate per xxx miliaria et ab inde ultra ut ipsis po-
testati et confalonerio melius videbitur convenire. Et qui non fuerint
ad aliquod officium a v annis citra in civitate predicta in notarium et
officialem civitatis predicte et eius iurisdictionem super dampnis da-
tis, viis, sternatis, pontibus ac fontibus. Qui quidem v anni in-
cipiant et computentur a die electionis facte dictorum suprascriptorum
et quolibet eorum. Et habeant et habere debeant notarii supradicti inter am-
bos pro eorum salario et exercitio ac executione eorum officii xxv
libr. den. pro quolibet mense videlicet quolibet eorum xii libr. et x solidos
den. Quorum notariorum officium duret tantum per sex menses. Et qui mutati
tempore electionis aut refirmari non possint deinde post finitum eorum
officium ad v annos ad idem officium ut supra dicitur. Et si electi
fuerint aut reassumerentur eorum electio vel reassumptio non
valeat ipso iure. Insuper predicti capituli habeant quod et habere de-
beant notarii supradicti durante tempore eorum officii et per executionem
ipsi unum equum valoris extimationis x flor. auri ad mi-
nus quem equum retinere teneantur et debeant ac habere ut supra
describitur omnibus ipsorum sumptibus et expensis nec non ad omne ipsorum
resicum periculum et fortunam tam in veniendo quam et in sta-
do et redeundo. Qui notarii habeant potestatem liberam cognoscen-
di, puniendi, condempnandi et penas exigendi in dictis dampnis datis,
viis, sternatis, fontibus et pontibus secundum formam capitulorum loquen-
tium tam populi quam comunis dicte civitatis quolibet die ut melius potuerint
et noverint convenire. Item quod omnis pena quam veniet solvenda ex
causis vel aliqua earum nec non banna omnia teneantur et debeant dicti
notarii dare facere ac et assignare camerario comunis Fulginei. Qui ca-
merarius de ipsis denariis atque bannis teneatur facere unum
librum per se. Item teneantur notarii supradicti possint et de-
beant cognoscere de omnibus questionibus ... et terminarum

ut supius est expssum. Volumus insup qd quolibz die quo
obmiserint seu desisterint equm pdcum retinere soluant et
soluere teneant dco coi sex solidos den. quos denarios cam
rarius dci cois de ipsoz salario retineat pro ipo coi pdco pena
x. libr den. de suo salario. Et camerarius sb dca pena et
iuramento teneant qualibz ebdomoda inquirere diligent si
ipi notarij hebunt uel retinebunt equm pdcum nec ne. Te
neant insup et debeant dci notarij durante eoz officio intus
ciuitatem fulg. bn solliciti diligent legaliter
et fideliter exercere. Et a nulla psona durante eoz officio nisi
eoz salarium tm p capiendum a dco camerario p se ul aliquem
aliquid recipe possint nec debeant. Teneantur et de
beant notarij supdci qn cos ire contingeret p ciuitate fulg. s.
p districtum ciusdem p inquirendo contra illos qui damna de
derint aut alia facerent phibita ex forma statutoz loq
tem dcoz officio non p noctare pena 100. solid. den. mcc
qualibz qua contrafecerit in quibz p sindicum dci cois ipi coi debeant
condempnari. Teneantur et dci notarij non ire in montaneas ciuita
tis pdce p aliquam questionem decidendam ul terminandam
sine expssa licentia ul mandato dnoz priorum ppli dce ci
uitatis de qua licentia seu mandato appareat debeat manu
notarij reformationum dce ciuit. sb pena pdca nisi ea die qua
dci notarij irent in montaneas pdcas reuerterent ad ciuitatem
pdcam. Volumus et iubemus supdcos notarios ut die
qualibz horis debitis exceptis diebus sollempnibus de mane usqe ad
tertiam et ab hora non usqe ad uesperas stare ad ius reddendum
in palatio cois fulg. ubi iura reddunt p officiales dni po
testatis et non alibi pena pstiti iuramenti et x. libr den. de ipoz
salario mcc qualibz qua contrafecerit coi fulg. applicandoz in
quibz p sindicum dci cois debeant condempnari. Teneantur et
possint et debeant notarij supdci et quilibz eoz omnes uias in
tus et extra ciuitatem fulg. publicas et uicinales indigentes acta
tion seu reparation actari et reparari facere expensis adiacentium ipis
uijs. Item uolumus notarios et utrumqe ipoz uolumus posse con
gnoscere diffinire et terminare de dctis et singulis supdcis que ppo
nerent coram eis in ad eoz officium ptinentia diebus utilibus et
feriatis sm formam statutoz pdcoz. Et penas et banna quas et
que uoluerint imponere usqe in quantitatem centum solidoz
den. et ipas et illa ab inobedientibus exigere p coi. Teneantur et
et debeant notarij supdci et utrqe ipoz pena pstiti iuramenti
et x. libr den. de eoz salario omnes accusas et inquisitiones coram
eis aut ipoz altero delatas p quascunqe psonas diligenter
recipere et ea die qua date fuerint ponere in quaterno et infra xv.
dies a die facte accuse ul inquisitionis seu delationis ipaz
cognoscendum diffinire et terminare super ipis p se tm sm formam

108v

S. P.

statutorum dicte civitatis Fulginei et dampni extimationem solum facere dapna
num passo. Et de ipsis accusis et inquisitionibus coram eis delatis vel alterius
eorum quolibet mense duabus vicibus durante eorum officio dominis prioribus dicti
populi in eorum palatio et notario reformationum et in presentia camerarii
eorum notarii depositis et bannis resultantibus ex accusationibus et inqui-
sitionibus supradictis reddere quilibet reddere teneatur pena .x. librarum den.
pro quolibet et vice qualibet qua non fecerint supradicta que pena veniat
in comune. ¶ Insuper ordinamus et volumus quod notarii supradicti habeant
et habere debeant ultra salarium eis superstatutum duodecim denarios
pro suis expensis pro qualibet libra quantitatis pene quam venire fe-
cerint in comune ex eorum officio supradicto. Qui quidem notarii habere
teneantur et debeant atque cum eis tenere ad executionem dicti eorum
officii ipso quo eorum officio perduraverit unum famulum actum
ad arma portandum bonum atque legalem omnibus ipsorum tenere
pro ipsorum sumptibus et expensis. Et quod a sententiis processibus seu diffini-
tionibus que fierent per notarios supradictos seu alterum eorum appella-
ri non possit nec debeat. Et si appellaretur ab aliquo ipsa appella-
tio admicti non debeat. Set pro iniqua et frivola habeatur hauctori-
tate presentis capituli. Salvo quod si dicti notarii aut alter ipsorum
aliquid declararent vel declaraverint diffinierint pronuntia-
verint sive sententiaverint super aliqua re seu natura determinationem
ac confinibus et rebus tractaretur et ageretur de proprietate alicuius rei de quibus
esset aliqua contentio inter aliquos coram eis dictis notariis seu aut aliquo
rum. Et aliqua partium in hiis casibus tamen senserit se gravatam vel lesam
quod sibi liceat appellare et recurrere ad dominum capitaneum populi civitatis
Fulginei et eius iudicem et vicarium infra .v. dierum a die illati gravaminis
computandum. Qui capitaneus seu eius iudex et vicarius teneantur
et debeant ipsam causam appellationis videre diffinire et terminare infra
.x. dies continuos computandos a die appellationis interposite. Et
dicti capitanei iudicis vel sui vicarii sententie vel diffinitioni stetur
et acquiescatur et non possit ulterius de iniquitate seu nullitate
queri et si dicere vellent ipsam nullam. Et quod non possit ulterius per
aliquem officialem presentem vel futurum audiri. ¶ Item volumus
et dicimus statuentes quod in omnibus et singulis casibus in quibus poni-
tur vel permictatur per aliquod quodcumque statutum tam populi quam
communis civitatis Fulginei habere debere collationem seu consilium sapientis
vel cum aliquo sapiente quod notarii supradicti et uterque ipsorum teneant
et debeant partes petere ipsam collationem habendam seu consilium sumere
tunc illi iudici sive sapienti cui permictent ex forma dictorum statutorum.
Et quod ipsi notarii et uterque ipsorum coram quo causa fuerit partes presentes
vel non citata legitime coram ipso iudice vel sapiente proponere

cum super qua aut in qua ipsa collatio petitur teneatur ordina-
te. Et dictus iudex vel sapiens incontinenti teneatur et debeat
audire partem et audire et audire omnia iura et allationes ipsius et omni-
a predicta et allare voluerit tamen cum scriptura quod sint et incontinenti
in omnia faciat. Idem iudex vel sapiens quod stent de puncto questionis
sibi commisse qui puniatur debeant sibi et eidem iudici vel sapien-
ti assignari et ipsa parte presente. Et reddere teneatur et debeat
idem iudex vel sapiens suum consilium in scriptis habito salario compe-
tenti .i. termino in statuto contentum secundum quod sibi videbitur dare
melius iudicandum pena 100 soldorum denariorum. In quibus dictus iudex
aut sapiens per sindicum communis Fulginei ipsi communi si deficerit condemnetur.

De puteo seu cisterna fiendo in valle Righi K 228

Item dicimus et ordinamus quod capitaneus populi civitatis Fulginei qui
pro tempore fuerit teneatur et debeat incontinenti
et pena 500 librarum denariorum post ad petitionem cuiuscumque peten-
tis facere et curare et operam efficacem dare ita et taliter cum
effectu quod homines et habitatores ville Righi et eorum adiacentes
teneantur et debeant facere et fieri facere unum puteum vel
cisternam pro aqua in dicta villa expensis ipsorum hominum et adia-
centium in dicta contrata vel dicte contrate in quacumque parte vel in quocum-
que loco ubi melius et utilius videbitur hominibus ville predicte pro
conservatione et utilitate ipsorum hominum. Et ad predicta compellenda de-
beat et possit idem dominus capitaneus ut supradictum est constringere
et constringi facere et fieri hominibus super dictis unum superstitem
expensis ipsorum cui debeant ipsi homines obedire in predictis.
Et teneatur et debeat ipse dominus capitaneus constringere et constringi
facere ipsos homines et adiacentes ad solvendum omnes expen-
sas que fierent pro ipso puteo seu cisterna. Et ille cuius
fuerit terra ubi necesse fuerit fieri dictus puteus seu ci-
sterna teneatur et debeat ipsam terram necessariam pro ipso puteo vel
cisterna vendere et dare pro iusto pretio ipsis hominibus ad extimationem
duorum bonorum hominum ipsius ville si electi fuerint per ipsos homines
ipsius ville capitulo aliquo non obstante tam populi quam communis quod de materia
loquatur.

De hiis qui esse debent de consilio populi K 229

Item dicimus et ordinamus et presenti statuto firmamus quod
omnes et singuli illi qui fuerint in officio Prioratus civitatis Fulginei
et qui nunc sunt in eodem officio et qui pro tempore erunt sint et esse debeant
aucti presentis capituli de consilio populi dicte civitatis Fulginei capitulo ali-
quo non obstante et consiliarii populi civitatis eiusdem. Item quod omnes
rectores artium civitatis eiusdem sint et esse debeant aucti

109v

D. P.

pretis capitula consiliarii populi et de ipso consilio populi.

Quod potestas suis expensis habeat notarios et alia necessaria — R. 230

Item dicimus et ordinamus quod potestas civitatis Fulginei teneatur et
debeat omnibus suis expensis habere notarios, preconem, banni-
tores et tubatores et omnia alia necessaria ad scribendum acta tam
civilia quam criminalia. Et condemnationes summarias et absolutiones tam ci-
vitatis Fulginei quam ad ipsum dominum potestatem officium et eiusdem officialium
spectare noscuntur. Pro quibus notarius, preconibus, bannitoribus et aliis
necessariis ad predicta toto tempore sui officii habeat et habere debeat de
pecunia comunis Fulginei ultra suum salarium quod eidem per statutum
concessum est libras denariorum ...

De electione priorum populi et eorum officio — R. 231

In nomine domini amen. Cum aspicientes illo qui omnium universitati
universaliter salus et status perfectus est. Salus ipsa et status
civitatis Fulginei et populi et comunis eiusdem dependeat ab ipso populo et
prioribus ipsius populi et rectoribus civitatis eiusdem qui ad manutenen-
dum ipsum populum rationabiliter creantur et fiunt. Ideo ad salutem
omnium et exaltationem ipsius populi et confirmationem et augumentum tran-
quillum status tam populi quam comunis et rectorum dicte civitatis dicimus et
ordinamus quod priores populi qui pro tempore fuerint teneantur et debeant
cum presentia consensu et voluntate confalonerii iustitie et capita-
neum partis guelfe populi civitatis Fulginei penultima die vel die i-
psam penultimam eorundem priorum officii congregare et conge-
gari facere consilium illorum qui hactenus fuissent ad officium prio-
rum populi dicte civitatis. Quo consilio sic congregato dicti priores populi
qui in officio dicti prioratus residebunt mandent quod quilibet
ex ipsis congregatis trahat se ad suum terzerium. Et rehadunati
ipsi priores sic tractis et reductis ad eorum terzeria dicti prio-
res populi in officio residentes adstantes ibidem simul volentes et
consentientes dicto confalonerio habeant et habere debeant tot fabas
quot erunt illi et congregati in dicto consilio pro modo de uno terzerio
et successive de aliis duobus terzeriis. Inter quas fabas numero con-
gregatorum de uno terzerio sint quatuor negre et reliquos
alie albe. Et ipsas fabas tam negras quam albas immicti faciant
in quoddam cappellum publice. Et huius partes habeant duo pu-
eri minores ... annis pro unum quorum teneant ipsum cappellum
et alterum trahat unatim fabe tam immisse manu de cap-
pellum. Scilicet pro unoquoque de terzerio ipso adstante in dicto consilio tunc
nominato per banditorem dicti comunis usque quo per huiusmodi extractio
nem dicte quatuor fabe negre aliquibus de illo terzerio congregatis
ipsis obvenerint. Et similis modus fiat et fiat in aliis terzeriis
et inter congregatos terzeriorum ipsorum. Ita tamen quod fabe tam negre
quam albe extrahende de cappello predicto per pueros supradictum ipso

110 r

instantibus publice assingentur notario reformationum sive [illegible]
priorum predictorum tunc ibi astantium. Et illi quibus obvenerit
fabe nigre predicte modo et ordine sint electores una cum do-
minis prioribus et vexillifero supradictis futurorum priorum
populi et debentium proximis duobus mensibus sumpturis ini-
tium in kalendis mensis inmediate sequentis. Quibus pre-
missis dicti priores et vexillifer supradicti et dicti XII qui per extrac-
tum et obventionem dictarum fabarum nigrarum erunt electores
dictorum priorum futurorum conveniant se in aliquo loco domus
in quibus resident priores populi supradicti et provideant ac procedant
ad electionem dictorum nigrorum priorum hoc modo videlicet quod ipsi domini pri-
ores vexillifer et duodecim electores predicti trahant se seorsum quolibet ad
suum terzerium adeo quod communiter inter omnes eligant ac nominent novem
probos viros legales sufficientes et bonos scilicet tres pro quolibet terzerio civi-
tatis predicte videlicet sex de illis qui hactenus fuissent ad officium prioratus
predictum Et reliquos tres de illis qui non dum fuissent ad idem officium
cum novem sic nominati electi per predictos mittantur vadant ad scru-
tinium inter omnes astantes in consilio supradicto ad scruptinium tenentur
et fiat per notarium reformationum dicte civitatis adveniente et consilio
supradicto astantibus dictis dominis prioribus vexillifero et illi tres ex novem
predictis qui in dicto scruptinio plures voces habebunt sint priores populi
dicte civitatis per duobus mensibus tunc proxime futuris hoc etiam addito quod
scruptinium supradictum fiat secretum per notarium supradictum ut hactenus
est servatum Et quod electio priorum dicti populi scilicet illius qui ad non fuisset
in dicto officio prioratus procedat et fiat de terzerio in terzerium ut hactenus
in talibus fieri consueverunt Et quod duodecim viri electores supradicti antequam
procedantur ad electionem dictorum priorum iurent ad sancta dei evangelia
corporaliter tactis scripturis priores et qui tunc erunt una cum
ipsis electoribus in dicta electione electionem et nominationem de ipsis prioribus
eligendis qui esse debeant nominare tres scilicet unus pro quolibet terzerio facere
bona fide omni fraude et dolo remotis Et nullus possit eligi vel
esse ad dictum officium prioratus qui fuerit in eodem officio a tribus annis
citra computandis a die sue electionis Et quod nullus ex dictis prioribus
et duodecim electoribus possint nominare vel nominari in priorem dicti
populi qui sit frater carnalis filius vel nepos carnalis alicuius ipsorum pri-
orum et duodecim electorum nec aliquem ex se ipsis ¶ Item quod priores
dicti populi qui nunc fuerint dicte electioni non possint nec debeant
prius aliis XII supradictis aliquem nominare et si aliquem prius nomi-
naverint talis nominatus ab eis esse non possit prior dictis duobus
mensibus Et notarius reformationum predictus electionem et nominationem
talis prius nominati inter predictos scribere non possit nec debeat
pena predicti statuti incurrenda Et dictus notarius statutum supradictum fa-
ciat recitari seorsum a dictis prioribus populi supradicti. ¶ Item quod in
consilio dictorum priorum nulla proposita fieri possit per priores vel aliquem
ipsorum nisi primus deliberatum fuerit per ipsos dictos priores et vexi-
lliferum supradictum et duodecim bonos homines videlicet quatuor pro terze-
rium eligendos per ipsos priores et vexilliferum quotiensque eisdem

Electores priorum non nominent filium fratrem nepotem [illegible]

priores debent nominare [illegible] tres [illegible]

Quod non fiat [illegible] in aliquo consilio nisi prius sit [illegible] inter priores vexilliferum et duodecim

huiusmodi duodecim [illegible] modo [illegible] officio [illegible]

110v

Prioribus et vexillifero videbitur et placuerit duodecim eorum offitio
Cum quibus duodecim vel maiori parte ipsorum ipsi domini priores et
vexillifer iustitie possint quando eis videbitur et voluerint convenire et con-
ferre et deliberare de quibuscumque ordinamentis et provisionibus faciendis
Et teneantur et debeant supradicti priores et vexillifer iustitie cum predictis
duodecim vel maiori parte ipsorum providere et deliberare super quibus-
cumque petitionibus que darentur ipsis dominis prioribus et vexillifero
pro tollendo cassando adnullando aut irritando aliquam condem-
pnationem summariam seu pro petendo aliquid a communi florentie. Et nisi
primo deliberaretur aut deliberatum fuerit per eosdem priores et vexilli-
ferum et eos duodecim ipse petitiones nec aliqua ipsarum et ipsi
possint ullo modo. Nec in consilio aliquo aliquid dicentis in
ipsis petitionibus possit proponi Et si proponeretur aliter quam superdes-
cribitur et que fierent aut deliberarentur non valeant ipso iure
Et auctoritate predicti capituli sint ipso iure nullius efficacie et va-
loris. Et potestas et capitaneus seu alter ipsorum prout fuerit requisitus
teneantur et debeant in dicto casu et pena mille librarum denariorum et pu-
nire ipsorum offitii omnes et singulos inobedientes et non observantes
mandata dictorum priorum condempnare in penis et bannis ponendis
per ipsos dominos priores vel duos ex eis et penas et banna exigere prout
continebitur simpliciter verbo dictorum dominorum priorum vel duorum ex eis
quod plena et legitima probatio habeatur. ¶ Possint et predicti
priores omnes in concordia existentes cum presentia et consensu dicti vexillife-
ri providere et deliberare super quibuscumque gravaminibus et expe-
sibi factis et faciendis et negotiis dicti communis factis et faciendis per
quoscumque offitiales populi vel communis dicte civitatis. Quorum provisio deli-
beratio et terminatio valeat et teneat et habeat plenum robur et
firmitatem ac si in consilio populi facta et pertracta ad bussulas et pa-
llottas stabilitum et reformatum fuisset omni modo via et iure
quibus melius potuisset nullo premisso obstante. ¶ Pos-
sint etiam dicti priores omnes in concordia cum presentia et consensu vexillife-
ri iustitie ordinare constituere et facere ordinamenta et provisio-
nes et constitutiones super quibuscumque negotiis que valeant et teneant
ac si reformata essent in consiliis populi et communis dicte civita-
tis ad bussulas et pallottas nemine discordante cum omni
sollempnitate statutorum communis et populi dicte civitatis. Et potestas et
capitaneus dicte civitatis et ceteri offitiales ipsorum et quilibet eorum debeant
ipsa ordinamenta et provisiones que fierent modo predicto per dictos pri-
ores cum consensu dicti vexilliferi inviolabiliter observare et ob-
servari facere teneantur et debeant ac etiam executioni mandare
Et si dicti prioribus in aliquo se opponere ad penam 500 librarum
denariorum pro quolibet ipsorum et vice qualibet qua contrafecerit communi florentie
applicandam. Quibus dominis prioribus omnes et singuli homines dicte civitatis
florentie districtus teneantur et debeant penitus obedire. Et eis
dare adiutorium consilium et favorem in eorum posse. Et domini
potestas et capitaneus et vexillifer iustitie populi dicte civitatis ut
bene fideliter et legaliter populum et commune dicte civitatis et omnes

De potentia priorum una cum vexillifero et illis duodecim

De offitio duodecim qui assistere debent prioribus et qui eliguntur ... ut s. ... 235

Cassatio et adnullatio condempnationum ...

Pena potestatis non exequentis omnia ...

Probatio et obedientie ...

Priores ... providere de gravaminibus ...

De potestate priorum ...

... vexillifero ...

Pena offitialium non exequentium ordinamenta facta per priores ...

et districtus ac omnes cives et habitatores et comitatenses dicte civitatis
et quilibet ipsorum in sua condicione gradu statu in honore pace
tranquillitatis et pacifico statu dicti populi et dicte civitatis eiusdem
cum omni bono et puro intellectu conserventur et manuteneantur
¶ Ipsi non domini potestates debeant taliter facere et curare quod omnes et
singuli homines dicte civitatis et districtus sint et esse debeant in
unitate spiritualiter et corporaliter et quod stent in unum vivant et manu
teneant et sibi ad invicem auxilium et favorem prestent et pre-
stare teneantur et debeant ita et taliter quod quilibet in suo bono
statu et legalitatis faciat suum opus in honorem et statu dictorum
populi et civitatis ¶ Et si aliquis de dicta civitate et districtus fuerit
inventus in aliqua falsitate fraude seu proditione quod esset aut
esse posset contra presentem bonum statum dicte civitatis ac ipsius comunis et po
puli seu contra potestatem capitaneum confalonerium et potestates tractando
committendo aut tractari vel committi faciendo postquam de eorum
fuerit curent et faciant taliter dicti potestates et potestas vel capitis
illos vel illum quem vel quos invenerint culpabiles de predictis
vel aliquo predictorum puniant et condempnent secundum formam statutorum et
ordinamentorum comunis et populi dicte civitatis ¶ Et si non aliqui discorda-
rentur inter eorum et eorum curent ipsi potestates ipsos discordantes
ad concordiam reducere Et ipsi discordantes dicto mandato et imposi
tioni ipsorum potestatum stare teneantur ad penam .. librarum denariorum pro
quolibet specialiter et centum librarum denariorum in communitate dicte artis
et pro qualibet vice ¶ Item ad hoc ut negotia dicti comunis non differantur
propter ipsorum absentiam aut forte et terminari possint commode prout
deceret aut possint honoris congruus juvari nec comunis et speciales
personarum lesionem ullatenus patiantur aut negotia dicti comunis et
populi augmententur de bono in melius et specialibus personis satisfa
cere valeant cum oportet pro honore et statu dicti comunis et populi
¶ Priores non populi supradicti qui pro tempore fuerint presentes et futuri
continue de die et de nocte stare et morari teneantur et debeant
in domibus dicti comunis in quibus ipsi potestates soliti sunt residere ut bene
et sollicite intendant et intendere valeant circa negotia supra
dicta Et in ipsis domibus facere continuam residentiam quam si non
fecerint pro qualibet nocte qua non residerint in domibus supra
dictis ut supra describitur .x. solidos denariorum solvere teneantur Et pro quo
libet die sex solidos denariorum quilibet contrafaciens que pena veniat in
comuni Et intelligatur non residere si per maiorem partem noctis
seu diei moram non traxerint in domibus supradictis ¶ Et quod notarii
reformationum dicte civitatis in dicto mense teneantur et debeant pronun
tiare potestates ipsos et quemlibet ex eis delinquentem seu delinquentes
in predictis Et facere retineri penes camerarium dicti comunis de sala
rio talis prioris unius vel plurium qui delinquerint in non ob
servando predicta tantum ad quantum ascenderint pene in quas incur
rissent premissorum occasione Et idem camerarius quantitates
ipsas talis prioris seu prioribus solvere minime teneatur si illi
vel illis qui delinquerint in predictis Dummodo hec statuto extendatur
nec locum habeant in priore seu prioribus qui gravati forent in
firmitate tali propter quam commode residere non possent in domibus supradictis

·S· P·

De salario priorum et expensis palatii eorum pro lumine et aliis

ad eorum offitium exercendum continentur domini priores qui pro tempore fuerint
teneantur et debeant pro expensis dictorum priorum dare ipsis prioribus
de pecunia ipsius comunis xx solidos denariorum pro quolibet eorum famulo pro quo-
libet die et non ultra. Et etiam dare ipsis prioribus pro luminario noc-
turno eisdem toto tempore eorum officii x libras candelarum de cera.
Et teneantur domini priores predicti habere ad executionem eorum of-
ficii et pro ipsorum et dicti comunis servitio tres famulos bonos et sufficien-
tes ad arma portandum qui famuli teneantur continue arma
portare et stare in palatio ipsorum priorum. ¶ Item quod priores
populi supradicti pro honore fortificatione ac statu comunis et populi dicte
civitatis nec non pro executione ipsorum offitii supradicti habeant et
habere debeant et tenere expensis dicti comunis xii famulos suf-
ficientes et bonos ac aptos ad arma portandum qui conducan-
tur nomine dicti comunis pro eo salario tempore ordine ac pactis ut ipsi prio-
res una cum gonfaloniero populi supradicti melius noverint convenire
ultra numerum supradictorum trium famulorum eis superius concessorum per
formam presentis capituli. Et eunt cum ipsis prioribus specialiter pro defe-
nsione dicte civitatis ac et comunitatis ipsius [illegible] ut mela-
tius possit satisfieri cum oportet. ¶ Dicimus et ordi-
namus quod dicti priores teneantur et debeant de se ipsis copiam
facere et palam stare in domibus in quibus soliti sunt mo-
rari omni die de mane usque ad terciam et post nonas usque ad duas
per horas congruas nisi essent iusta causa impediti. Et debeant ad audientiam
stare omnes vel duo ex eis ad minus et audire et intelligere teneantur et debeant
benigne omnes coram eis aliquid dicere vel petere volentes et ordinatis
singulis respondere ut eisdem melius videbitur expedire. ¶ Possint
et teneantur et debeant ipsi priores omnes vel duo ex eis ire ad dominos [illegible]
et ad potestatem et capitaneum et dominum [illegible] et alios officiales
ipsius comunis cum fuerit oportunum et eis videbitur. Et omnia ordinamenta
facta et facienda per eos omnes aut duos ex eis et [illegible] per duos ex eis fuerint
valeant et teneant ac si facta essent in concordia per omnes. ¶ Pro-
videant et sollicite curent ne aliquibus artificibus popularibus
vel aliis fiant violentie alique seu extorsiones inique vel apprehen-
siones seu alie iniurie dedecus vel dampna vel famulis ipsorum popu-
larium seu ipsorum familiis per aliquos nobiles potentes vel magnates
vel aliquas personas ecclesiasticas vel etiam quascumque alias. Nec etiam per ali-
quem officialem potestatem capitaneum vel alium quemcumque. Et si inve-
nerit quod alicui popularium vel popularibus fieret aliqua violentia
vel usurpatio iurium aut bonorum suorum vel quod indebite aut in-
iuste gravaretur per dictos potestatem capitaneum vel ipsorum aut alterius
eorum officialem vel alios quoscumque officiales vel personas alias
quascumque curent quod predicti potestas capitaneus et officiales ipsorum et quilibet
alius a predictis abstineant. Et quod potestas predictas in iniuriis et molestiis

Quot teneant famulos domini priores xl

De audientia priorum quam tenere [illegible] pro eis

Vide c. xlv. possint et dicti priores [illegible] ubi [illegible] de omnibus simul una cum gonfaloniere [illegible] [illegible] hic [illegible] [illegible] aliud [illegible] loquitur [illegible] de prioribus et gonfaloniere [illegible]

Curent priores ne comitatenses [illegible] gravamen a magnatibus vel ab aliis officialibus

vel contra bonum pacis et statum / illarum partium pacificum seu preiudicium
sive dampnum patrimonii / ducatus / Marchie provinciarum / Civitatum
et terrarum predictarum initas vel ineundas / Cassandi et adnulla-
ndi. Et penas super illis adiectas vel adiciendas / relaxandi / Oc-
cupata iniuste ab occupatoribus et detentoribus quibuscumque / Eripiendi
et recuperandi / Exceptos et expulsos a locis et bonis suis quibuscumque
nunc privatos ad loca et bona eorum propria reducendi / restituendi
et reintegrandi // ¶ Et super quibuscumque delictis forte factis a rebel-
lionibus per quascumque universitates vel singulares personas commissis vel im-
posterum vicariatus tui tempore committendis / dispensandi / componendi /
Concordandi / Et delinquentes huiusmodi / ad Romanam Ecclesiam gratiam
et obbedientiam reducendi / ~~Civiles et criminales causas exercendi / [illegible]~~

Et super inhabitantibus et familiis quas propterea cum tenerent dispersas
et in ruinis status et personas huiusmodi ad statum pristinum integrum re-
ducendi. Generales et particulares exercitus. In auxilium eiusdem ecclesie. Et
prosecutione status pacifici. Patrimonii. Ducatus. Marchie provinciarum
Civitatum et terrarum predictarum contra hostes et rebelles ecclesie et status pacifi-
ci predicti perturbatores et quoscumque ex causis aliis quibuscumque et quandocumque
tibi videbitur. Indicendi faciendi et congregandi. hostes. Rebelles et
contradictores quoslibet. pacis motores perturbatores depopulatores. Relegatores [conservatoris]
et receptores perpetue vel temporaliter sententias prout ad pacem ecclesie pertinuerit
sublato appellationis obstaculo compescendi et coherendi. Et de causis
appellationum ad sedem apostolicam interpositarum cognoscendi et eas fine debito
terminandi ac faciendi ordinandi et statuendi et reali executioni man-
dandi. Et omnia et singula que ad huiusmodi plenum vicariatus et provincia-
libus et reformationis officium pertinet. Et que necessaria vel utilia quo-
modolibet fuerint in premissis et ea tangentibus et quibuslibet eorundem. Et
que ad honorem et commodum eiusdem Romane ecclesie. ac utilitatem et
prosperum et tranquillum statum Patrimonii Ducatus Marchie provin-
ciarum Civitatum et terrarum predictarum. Cedere videris. Et tibi visum
fuerit expedire. Non obstantibus quibuscumque privilegiis. Indulge-
[generalis patrimonii ducatus marchie provinciarum civitatum et terrarum predictarum ///] tiis et litteris apostolicis. vel imperialibus sub quacumque forma
verborum vel expressis. Statutis consuetudinibus et observantiis. per que
nullum cuiuscumque cuiuscumque preeminentie dignitatis excellentie conditi-
onis aut status fuerit in hac parte volumus afferri suffragium.
Concedentes plenam et liberam facultatem vicariatum aut cu-
ram et regimen gubernationem administrationem potestatis ac iurisdic-
tionem huiusmodi tam diu volumus perdurare donec per sedem apostolicam ea-
dem aliud contigerit ordinari. Nos enim super processus sententias ac pe-
nas quos vel quas proferri vel infligi ac omnia que per te rite fieri
contigerit. rata habebimus et faciemus auctore domino inviolabiliter
observari. Per hec autem rectoribus et officialibus Impatrimonii
Ducatus Marchia provinciis. Civitatis et terris predictis
per sedem apostolicam constitutis quominus iurisdictionem et potestatem eis concessam
quamdiu in suis officiis et administrationibus perstiterit exercere [libe-]
re sic prius valeant non intendimus aliquid preiudicium generari.
Ut igitur premissa omnia et singula melius plenius et utilius valeas ex-
ercere universis et singulis Patrimonii Ducatus Marchie pro-
vinciarum. Civitatum et terrarum predictarum rectoribus vicerectoribus
Potestatibus. Capitaneis. Officialibus et ceteris aliis nobis et ecclesie subiec-
tis cuiuscumque status preeminentie dignitatis Ecclesiastice vel mundani
ordinis vel conditionis existant. Damus tenore presentium districtius
in mandatis ut tibi efficaciter pareant et intendant. Nulli igitur
[oion] ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis et voluntatis [concessionis]
infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc at-
temptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pau-
li apostolorum eius se noverit incursurum. Datum apud villanovam
avinionensis diocesis ii. kalendas Julii pontificatus nostri anno primo

140v

Potestas absoluendi et restituendi. R. m

Innocentius eps servus servorum dei dilecto filio Egidio
tt. sancti clementis presbytero Cardinali apostolice sedis legato salutem
et apostolicam benedictionem. Cum te ad certas partes ytalie in
litteris tue legationis expressas commiserimus tibi plene legationis officio de-
stinentes. Nos cupientes ut in eis causam per te tuo amplius te re-
ddere valeamus gratiosum, quo maiori fueris per nos potestate mu- et
nitus, discretioni tue quoscumque rebelles et indeuotos nostros et ecclesie
Roman. clericos vel laycos volentes ad obedientiam et deuo-
tionem nostram et ipsius ecclesie pure simpliciter et cum effectu redire, ad huiusmodi
et ipsius ecclesie obedientiam et deuotionem recipiendi. Ipsosque cum id humiliter
et deuote petierint ab omnibus et singulis excommunicationum sententiis posse tn
eis quibus per ea ad satisfactionem tenentur satisfecerint competenter ab-
soluendi in foro ecclesie consueta. Iniunctis que in penitentia salu-
tari et aliis que de iure fuerint iniungenda cum eis etiam super
irregularitatibus siqua huiusmodi sententiis et penis aut earum aliqua vel ali-
qua ligati celebrando diuina vel immiscendo se illis aut in susceptis
ordinibus ministrando non tamen in contemptum clauium contraxerint dispensandi
Interdicta quoque ac penas quascumque alias spirituales et temporales ab homine
vel a iure. Et specialiter per processus per felicis recordationis clementem vi.
et quoscumque alios Romanos pontifices predecessores nostros aut eorum
auctoritate factos et habitos et promulgatos ac inflictos suspendendi et
relaxandi et remittendi. Nec non dignitates et honores ec-
clesiasticos ac omnes et singulas inhabilitates irregularitates et in-
famie quaslibet notas et maculas abolendi et abstergendi
ipsosque sic receptos abilitandi habiles reddendi et integre ac ad et restituendi
successiones. Et quascumque possessiones bona iura iurisdictiones dig- ancs
nitates priuilegia honores et status ecclesiasticos et mundanos restitu-
endi. sicut et prout tibi videbitur expedire. Etiam si ab huiusmodi exco-
municationibus absolutio ac interdictorum et penarum huiusmodi suspensio re-
laxatio et remissio et notarum et macularum ipsarum abstersio et
abolitio et restitutio essent sedi apostolice specialiter reseruate plenam tibi teno-
re presentium concedimus potestatem. Dat. apud villam nouam Auinion
dyoc. xiiij. kl. Septembris pontificatus nostri anno primo.

Super eadem pro illis qui post aduentum domini se rebel-
lauerunt. R. 4

Innocentius eps servus servorum dei. Dilecto filio Egi-
dio tt. sancti clementis presbytero Cardinali apostolice sedis legato sa-
lutem et apostolicam benedictionem. Dudum te ad certas partes ytalie in
litteris tue legationis expressas commisimus tibi in eis pleno le-
gationis officio ~~[illegible]~~ destinantes ~~ut~~
ut in eis causam per te tuum amplius te posses reddere gratiosum
quo maiori per nos fores potestate munitus discretioni tue xiiij. kl.

141²

3

Septembris pontificatus nostri anno primo. ¶ Quoscumque rebelles et in-
devotos nostros et ecclesie Romane clericos vel laycos volentes ad obbedientiam
et devotionem nostram et ipsius ecclesie pure simpliciter et cum effectu redire ad
huiusmodi nostram et ipsius ecclesie obbedientiam et devotionem recipiendi ipsosque id hu-
militer et devote petentes ab omnibus et singulis excommunicationum sententiis
postquam tamen eis quibus propterea ad satisfactionem tenentur satisfecerint prout
tenentur absolvendi in forma ecclesie consueta iniuncta inde sibi salutari peni-
tentia et aliis que de iure fuerint iniungenda. Et cum clericis ipsis super irre-
gularitate si quam huiusmodi sententiis et penis aut earum aliquibus vel aliquis
ligati celebrando divina vel immiscendo se illis aut in susceptis
ordinibus ministrando, non tamen in contemptum clavium contraxissent dispensandi
Interdicta quoque ac penas quascumque alias spirituales et temporales ab homine vel
iure et specialiter per processus per felicis recordationis Clementem vi. et quos-
cumque alios Romanos pontifices predecessores nostros aut eorum auctoritate
factos et habitos promulgatos et inflictos suspendendi relaxandi et re-
mittendi ac omnes et singulas inhabilitatis irregularitatis et infamie
et alias quascumque notas et maculas abolendi et abstergendi ipsosque
sic receptos habilitandi et habiles reddendi et integre ad successiones
et quecumque possessiones et bona iura, iurisdictiones dignitates beneficia honores
et status ecclesiasticos et mundanos restituendi si et prout tibi videbitur
expedire. Etiam si ab huiusmodi excommunicationibus absolutio ac interdictorum et
penarum huiusmodi suspensio relaxatio et remissio ac macularum et nota-
rum ipsarum abstersio et abolitio habilitatio et restitutio essent
specialiter apostolice sedi reservate plenam per alias nostras litteras potestatem
Cum autem sic accepimus non nulli post datam dictarum litterarum nobis et ecclesie / ᴧ o non
prelibate. rebelles et indevotos se fecerint volumus et tibi presentium
tenore concedimus. Quod recipiendi et ad obbedientiam et devotionem predictam ac
absolvendi habilitandi et restituendi ipsos omnes et singulos qui post
datam predictam nobis et ecclesie prelibate, rebelles et indevotos se fe-
cerunt, Et cum eisdem simpliciter dispensandi de penas et interdicta
suspendendi relaxandi remittendi inhabilitatis irregularitatis et in-
famie notas seu maculas abolendi et abstergendi, predicta alia
omnia et singula in eisdem contentis litteris, cum eisdem et faciendi pro-
ut de ipsis rebellibus et indevotis qui tunc erant ut supra est expressum
plena tibi et libera per ordinem sit potestas. Datum apud Villam Novam
Avinionensis dyocesis ii nonas Septembris pontificatus nostri anno iii.

onera ᴧ
et spiritualia ᴧ

¶ Super absolutione hereticorum et fautorum. R[ubrica]

Innocentius episcopus servus servorum dei Dilecto filio Egidio
tituli sancti Clementis presbytero cardinali apostolice sedis legato salutem et apostolicam
benedictionem. Dudum ad nostrum dampnatos per dictos filios et ini-
quitatis alumpnos Franciscum de Ordelaffis de Forlivio
ac Johannem et Guilelmum fratres de Manfredis de Faventia nostros
et ecclesie Romane rebelles ac per nos de hiis ipsorum excessibus et cul-
pis exigentibus condempnatos non nullos processus fecimus diversos tamen in eos-
que in omnes et singulos fautores et receptatores eorum et adherentes

eidem latas penas et sentencias contentas prout in nostris litteris modo ut premittitur
confectis plenius continetur. Cum autem nonnulli ex fautoribus et re- (sic receptoribus)
ceptatoribus et adherentibus ipsis dudum eorum tenorem perpendentes ab hu- (al.)
iusmodi fautoria receptatione et adhesione velle desistere videantur
Nos qui vices illius in terris gerimus qui omnes desiderat salvos
fieri et neminem vult perire, misericordes cum contritis et humi-
liatis corde invenire volentes dispositioni tue, quoscumque fauto-
res receptatores et adherentes huiusmodi clericos et laycos qui propter favo-
rem receptatorem et adhesionem huiusmodi tam in dictis processibus quam alias auctoritate (declaratis)
prolatas penas et sentencias incidissent. Volentes ab eisdem favore re-
ceptatore et adhesione desistere Et ad obedienciam et devocionem nostram
et eiusdem ecclesie pure simpliciter et cum effectu redire, Ipsique ecclesie fide-
liter adherere ad huiusmodi nostram et ipsius ecclesie obedienciam et devocionem re-
cipiendi Ipsosque id humiliter et devote petentes ab huiusmodi omnibus et singulis
excommunicationis et aliis sentenciis ac penis huiusmodi postquam tamen recessiones recepi-
tas et iuratoriam debitas fecerint, Et illis quibus ad satisfactionem ten-
entur satisfecerint competenter de te nostro et ecclesie nomine prout vivarii no-
lunt presti[t]erint iuramento, absolvendi in forma ecclesie consueta. Iniunc- (roman.)
tis eis inde penitencia salutari et aliis que de iure fuerint iniungenda
Et cum clericis ipsis super irregularitate si quam huiusmodi sentenciis et penis aut
earum aliquibus vel aliqua ligati, Celebrando divina vel immiscendo
se illis aut in susceptis ordinibus ministrando, non tamen in contemptum clavi-
um contraxerint dispensandi. Interdicta quoque ac penas quascumque alias
spirituales et temporales ab homine vel a iure et specialiter per processus felicis re-
cordationis clementem VI. Et quoscumque alios romanos pontifices predecesso-
res nostros aut eorum auctoritate factos habitos promulgatos et inflictos suspe-
dendi relaxandi et remittendi ac omnes et singulas inhabilitates et in-
famie et alias quascumque notas et maculas, abolendi et abstergendi
Ipsosque sic receptos habilitandi et habiles reddendi. Et integre ad succes-
siones et quascumque possessiones et bona, Iura iurisdictiones dignitates publica ho-
nores et status ecclesiasticos et mundanos restituendi si et prout tibi videbitur
expedire Etiam si ab huiusmodi excommunicatoribus absolutio ac interdictorum et pe-
narum huiusmodi suspensio relaxatio et remissio ac penarum et macularum
ipsarum abstersio et abolitio habilitatio et restitutio sedi apostolice
specialiter reservate, plenam concedimus tenore presencium potestatem. Datum apud Vil-
lamnovam avinionensis diocesis ii nonas Septembris pontificatus nostri anno 3.

Quod possit dispensare super homicidio. R[ubric]a VI

Innocentius episcopus servus servorum dei dilecto filio Egidio tituli sancti
Clementis presbytero Cardinali apostolice sedis legato Salutem et apostolicam
benedictionem. Dudum ad audienciam nostram perducto Nobis extitit
nobis fide digna relatione intimatum quod in nonnullis terris Ecclesie
romane immediate subiectis de consuetudine vel alias servabatur quod homi-
cide quibus dum tamen cum interfectorum consanguineis pacem haberent et de pace hu-
iusmodi fidem facerent per publicum instrumentum poterat ipsi ecclesie, ad preposi-

pecuniariam admittebant in differentes compassum et frequenter pro valde mo-
dica quantitate. Unde fiebat quod homicide hujusmodi dum reatus sui pena ve-
nalitate modica precium mercabantur sumpta ex impunitate licentia facile
prorumpebant in culpam. Ex hoc malignandi exemplo in aliis derivato se-
viebat malicia frequenter in bonos, latescebat improbus probum opprimebat
impotentem potens et gravabat noxius innocentem. Nos attendentes quod pu-
blice utilitatis interest quod malicia non remaneat impunita Cum facilitas
venie incentivum delinquendi pariat et excessibus terminos ponere ac errori pre-
cludere aditum solet rigor iustitie serventis, Nos huiusmodi morbo qui iam
erroris sui ferrum ad curandum expectabat, providere volentes congruam adhibere
medelam omnibus et singulis rectoribus et aliis quibuscumque officialibus quarumcumque pro-
vinciarum civitatum et castrorum et aliorum quorumcumque locorum ipsius Ecclesie presentibus
et futuris auctoritate apostolica duximus districtius inhibendum, ne pretextu
cuiuscumque homicidii aliquem presumant ad compositionem admittere homicidam. Com-
positiones siquas contra inhibitionem nostram huiusmodi fieri contigerit irritas et in-
anes ac homicidas admissos ad compositiones huiusmodi esse sicut ante compositiones hu-
iusmodi erant subditos legibus decernentes admissiones et constitutionibus et statutis
et huiusmodi et aliis observantiis quocumque quo ad hec duximus viribus vacuanda
non obstantibus quibuscumque. Cum autem sicut proposita tua fuit propositum coram
nobis propter guerras que in partibus provincie Marchie Anconitane que ad Ecclesiam
ipsam pertinet immediate vigere consuetudo huiusmodi servabatur his diebus pre-
teritis peccatis exigentibus fremuerunt quod plures in homicidiis facinorum
malitie temporum aut alie occurrentiarum in ipsis...mentum. Et expediat certis commo-
dis ex causis quas tibi nobis ad temperandum rigorem inhibitionis huiusmodi tempe-
rari. Discretioni tue de qua in his et aliis in Domino fiducia obtinemus cum
quibuscumque laycis dicte provincie de quibus tibi videbitur super homicidiis per
eos usque ad diem dationis presentium commodolibet perpetratis componendi
necnon ipsius Ecclesie. Et compositiones quas cum eis per te fieri contigerit ab ipsis re-
cipiendi ac eos de his que ab illis recipere te contigerit et de omni pena
de multa quas exinde subierunt liberandi et absolvendi. Nec non
processus condempnationes banna et sententias contra ipsos habitas factas et latas cas-
sandi annullandi irritandi ac omnem infamie notam contra eos proinde ab
ortam abolendi ipsosque ad honorem statum et famam et ad quoscumque actus
legitimos et adquecumque possessiones bonorum et iura feudalia vel alia restituendi et
habilitandi plene ac libere plenam concedimus auctoritate tenore presentium facultatem.
Datum Avinione ii nonas Decembris pontificatus nostri anno tertio.

Super bonis confiscatis quod possit concedere. R. 7

1 INnocentius episcopus servus servorum Dei dilecto filio Egidio tituli
sancti Clementis presbytero C. apostolice sedis legato salutem et apostolicam benedictionem.
Cum sicut accepimus in provincia Marchie Anconitane que ad Ecclesiam
Romanam immediate pertinet sint non nulla bona immo
bilia ratione delicti vel criminis eidem Ecclesie legatoris tue
tempore confiscata. Nos de circumspectione tua et industria plena in Domino
fiduciam obtinentes tibi bona huiusmodi confiscata ut premittitur durante
legatione huiusmodi in dicta provincia confiscanda dandi donandi et
concedendi in feudum vel in emphyteosim sub annua pensione perpetuo
vel ad tempus aut vendendi distrahendi sive alio quocumque modo alienandi

Concedit de legato potestatem donandi vendendi et alienandi bona confiscata. Et pro tempore...

142v

ea simul vel successiue proprio quo petiti sic pro utilitate ipsius ecclesie tibi videbitur expedire et non dationum donationum concessionum venditionum distractionum et alienationum huiusmodi contractus litteras et instrumenta, oppositionis promissionibus et obligationibus renunciationibus concessionibus ypotecationibus et aliis cautelis ad opus et securitatem ecclesie, ac personarum contrahentium vallandi et roborandi plenam concedimus tenore presentium facultatem. Nostre consilio potestate voluntatis autem quod de hiis que in premissis quodlibet egeris per instrumentum publicum forma prouinciam contineat eam sanctam apostolicam reddere studeas certiorem. Datum Auinione vi. idus decembris pontificatus nostri anno iii.

Libro primo

In nomine domini amen. Incipiunt rubrice primi libri constitutionum domini legati. Et primo de reuocatione officialium constitutorum factorum per terras per usurpationem appellationum que pertinent ad ecclesiam. Rubrica viii.

Vrbanus episcopus seruus seruorum dei ad certitudinem presentium et memoriam futurorum. Quia omnes fere ciuitates cuncta atque castra et alia loca patrimonii beati Petri in Tuscia et ducatus Spoleti, prouincie Marchie et plures alie terre Romane ecclesie, cognitionem causarum et appellationum ad sedem apostolicam et rectores quos in eisdem patrimonio ducatu et Marchia eadem ecclesia prefecit specialiter et plene pertinentem a paucis temporibus retroactis usurpare sibique vendicare in manifestum eiusdem sedis preiudicium presumpserunt. Sibique constituerunt capitaneos exgrauatores aut priores ad quos causas huiusmodi appellandi voluntarie faciunt. Et quedam iniqua edendo statuta contra illos qui ad predictam sedem seu predicte sedis rectores pro quibusuis suis causis accedunt. Et super quibuscumque grauaminibus aut iniuriis appellationes emittunt. Nos igitur qui summi sacerdotii cathedram diuina dispositione tenemus ad hec specialiter post spiritualium incrementa bonorum quibus procurandis nostra conuertimus studia ut prodest ecclesie iurisdictiones que ea illo nobis adsistente cuius licet immeriti vices gerimus adiungi et proprietatis Romane ecclesie. Volentes eidem sedi contra temerarios sue iurisdictionis non deferendo in hoc aliquibus apostolice sollicitudinis prouidere. Vniuersis et singulis capitaneis prioribus exgrauatoribus et aliis quocumque nomine censeantur auctoritate apostolica firmiter inhibemus ne aliqui illorum ex vi eorum verbis post eorum quas eis seu ministris presumptorum assignationem inuenta de causis huiusmodi vel quacumque alia officia in terris eiusdem ecclesie valeant assumere, et si secus presumptum fuerit sit irritum vacuum et inane. Precipimus quoque presumptoribus capitaneis prioribus exgrauatoribus nec non vniuersis potestatibus, officialibus et consiliariis ciuitatum, comitatuum, castrorum et locorum sub debito fidelitatis quo nobis et ecclesie Romane tenentur et singulis viris vniuersitatibus ciuitatum castrorum et terrarum ipsarum sub pena mille marcharum argenti quatenus ad predicta tempora omnia statuta huiusmodi de suis capitularibus et quaternis aboleant et abradant, nulla in futuris temporibus resumenda. Nos enim ex nunc capitaneos, exgrauatores potestates, consiliarios ipsorum, si predictum terminum preceptum nostrum non adimpleuerint, excommunicationis vinculo innodamus decernentes

Hec constitutio loquitur contra illas terras que cognitionem causarum vel appellationum causarum ad sedem apostolicam et eius rectores spectantium vsurpant et cognoscunt sine illis

Nota quod statuta facta per ciuitates contra illos qui recurrunt vel appellant ad sedem apostolicam vel eius officiales quod non valent et de penis contra facientium, vide in 2 li. 4 rubrica 42. vide etiam 12. folio 170 et vide in li. 6. rubrica 169. 180. 181.

Quod dicti officiales non assumant talia officia

Quod cassent omnia statuta predicta et ordinamenta facta de eorum libris

Pena mille marcharum argenti et excommunicationis et alie pene in istis omnia nota

et ecclesiorum

in appellationum cognoscentes nec de ipsis se intromittere quoquomodo presumant. Et si secus presumpserint nouerint eo ipso ex tunc se mox et nunc in ipsos perficiatur eorum suis officiis totaliter priuatos, itemque nullis temporibus ad huiusmodi

ipso*r*/ penas incurrere ꝯ dong/ Et insup eosdem Capitan*eos*. Priores Exgravatores
et potestates/ officiis suis pu*v*ari/ iteris ecc*lesie*/ extendis. ¶ Precipimus insup
ne aliqua co*m*itis patrimonii ducat*us* et aliaru*m* terraru*m* Ecc*lesie*/ statuta
talia. edere attentent/ Et si fec*erin*t ad tentaverint/ Conditores et scriptores
statutoru*m* hui*us*modi/ nec non potestates/ Capitanei/ priores Exgravatores/
Judices/ Advocati/ Tabelliones/ Ceteriq*ue* observantes illa/ eo ipso sint ex
co*m*municati/ suis officiis sint privati/ Et co*m*itas ipa careat potestate condendi
statuta et omni beneficio libertatis ac comodo penitus/ quorum lx apostolice ap-
ostolicis/ aptecz promptiam firmiter quod prediorum/ qui cu*m* hui*us*modi negotium
quod est predicte ecc*lesie* propriu*m*/ spalr insideat cordi nro/ sic al' ꝯ civitatis
prediorum patrimonii ducatus/ spoleti/ et aliaru*m* terraru*m*/ addidus prodas ꝯ similiter et
hui*us*modi inhibitionem contra terme venientes/ nec non adimplentes in hac
parte preceptum/ sic distr*ictus* et asp*er*e spiritualit*er* et temporalit*er* procedendum/ quod pene pote-
runt qualitatem cognoscere/ quod temeraru*m* extitit et superbu*m* preceptum
apostolicum non servare/ Datum apud urbem veterem in catedralem Ecc*lesie*. die
xiiii. decembr pontificat*us* nri anno sec*undo* ¶ De offendentibus occi-
dentibus et obsidentibus rectorem thesaurarium aut
alios officiales eor*um* vel ecc*lesie* in marchia/ Et conci-
tantibus populum ad rebellionem seditionem aut
conspirationem. R*ubrica*

Iohes Ep*iscopu*s servus servoru*m* dei/ ad perpetua*m* rei memoria*m* Dieru*m*
crescente malitia/ sic videm*us* mundu*m* in deteriora/ ingruit/ prolabi-
-sic et hominu*m* mentes assueta nequitia depravat/ malis passim
cumulum superaddunt et boni qui malos adiret virtutis amore de-
linquere i*n*credit cau*sa* p*er*versos ad mensa. Oderunt q*ui* cu*m* illis illicitis heant
et captam malitiam p*er*ficere/ Est ig*itur* ꝯ p*er*sequi malorum audacia/ ut
saltem per formidinem retrahant*ur* anoxiis/ Sicque boni secur*ius* vir-
tute/ meliores effecti non cogant*ur* p*er*ire cu*m* illis/ Sane vulgus fame
notorium publicat/ Et loquitur lateque ipa iniuriosa transgressio evide*n*-
tia manifestat/ quod non nulli de marchie Ancon*itane* provincia nobis et
ecc*lesie*/ Romane subiecta/ Ne dum olim temporibus diversorum predecessorum nostrorum
Romanorum pontificum/ gressus fidelitatis eg*re*ssi declinarunt/ ad infide-
litatis reprobe devium/ Sed diebus non longe preteritis nec et eadem
ecc*lesi*am/ ac dilectum filium. A. p*re*p*osi*tu*m* bellimontis Cappellanum nrum provin-
cie memorat*e* Rectorem/ Cervice rebellionis erige p*er*sumpserunt/ Et
in quosdam officiales et familiares suos crudeliter se mictes post gr-
aves illatas iniurias/ et probrosas contumelias irrogatas eisdem/
Et post bona ipsorum violenta perdite subtracta/ eos crudelis morti
suppliciis rore gladii tradiderunt/ Inter quos ps dicitur fuisse nomo-
dicus/ cum me*ri*to sanior rectorat/ Et tante temeritatis excessu non levit*er*
dispiciebat/ Sed habuerunt velud inniti furore et fuisse in latitudine
cedere/ Dum illis negerunt conatibus obviare/ Nos igitur ut mali pe-
narum in portionibus gravium terrentur/ vereant*ur* in antea/ ut ne relab*i*
ac boni p*er*sistentes in sua bonitate constanter non habent p*er* illorum p*er*fi-
diam claudicare/ remediis quibus possum*us* providere. Volentes/ Et
ani*m*arum suarum salute/ deque provinciae pacifico statui plenis affec-
tibus prospicere cupientes/ de fratrum nostrorum consilio/ hac in perpetuum vali-
tura ꝯstitutione sanccimus/ ut quicumque de provincia ipa/ vel ꝯ aliunde in ead*em*
provincia mora trahens/ clericus vel laycus fame sive prodig*us*/

¶ Oderunt peccare boni virtutis amore.
¶ Oderunt peccare mali formidine pene.

Ancelinus prepositus

. al' crudeli morte

ac in consimilis erro-
rem ruant

ipsius ecclesie calcata reverentia in hoc genus sacrilegii sceleris irruerit, quod rectores qui pro tempore regimini dicte provincie in spiritualibus vel temporalibus apostolica auctoritate prefuerint, vel ipsorum aliquem, aut eorum vel alicuius eorum vicarium seu marescallum aut iudicem vel iudices vel ipsius provincie thesaurarium aut locumtenentem eorundem, quod absit, occiderit, aut offenderit illum vel illos in securitate fuerit, ceperit, captivaverit, detinuerit, percusserit aut vulneraverit vel ipsorum aliquem, aut in loco ubi moram traxerit insultum fecerit, aut ipsum vel ipsos offenderit, sive de suo regimine vel officio forsan expulerit vel fugaverit, seu socius fuerit facientis, aut illum vel illos bonis aliquibus spoliaverit, vel provincie supradicte aut alicuius civitatis vel castri vel loci de provincia ipsa spiritualiter communitatem vel universitatem, aut aliquos ex eis vel quoscumque alios de provincia ipsa directe vel indirecte contra prefatam ecclesiam seu rectores, officiales et locumtenentes predictos vel aliquem ipsorum ad seditionem quomodolibet excitaverit ac rebellionem seu conspirationem per se vel alium seu alios fecerit vel procuraverit, fieri permiserit, vel ad ea vel ipsorum aliquod dederit auxilium consilium vel favorem directe vel indirecte, publice vel occulte, cuiuscumque conditionis aut ordinis dignitatis aut status ecclesiastici vel mundani fuerit, etiam si patriarchali seu episcopali vel superiori prefulgeat dignitate, ipso facto sit infamis, ut nec ad testimonium vel alios actus legitimos admittatur. Sint intestabiles, ut nec testandi liberam habeant facultatem, nec ad alicuius bona ex testamento vel ab intestato veniat. Nullus ei super quocumque negotio respondere, sed ipse aliis respondere teneatur. Nec quicumque ad audientiam deferant illius. Nec valeat eius sententia vel processus. Nullus ei in quacumque causa vel negotio patrocinium prestare presumat. Nec ipse ad patrocinandum aliis admittatur. Instrumenta confecta per eum, si forte officium tabellionatus exerceat, nullam habeant firmitatem, sed potius cum auctore damnato damnentur. Dignitatibus, personatibus, officiis, beneficiis ecclesiasticis vel mundanis que obtinet quecumque sint et quocumque nomine censeantur, sit eo ipso privatus, ac inhabilis et indignus ad ea et quelibet alia in posterum obtinenda. Filii eius ad nullos honores ecclesiasticos vel mundanos, ad nullas dignitates vel beneficia ecclesiastica aut officia publica quolibet admittantur. Libertatibus et immunitatibus realibus et personalibus, privilegiis et indulgentiis quibuscumque sibi concessis fore vel ab apostolica sede vel concessis extunc penitus careat. Vassalli et homines a iuramento fidelitatis et aliqua quavis obligatione qua sibi tenerentur eius sint penitus absoluti. Feuda quoque iura honores et officia et alia quecumque bona immobilia que in dicta provincia Marchie et alibi ubicumque a sede Romana obtinet ecclesia, sint eo ipso penitus confiscata. Aliis non feudis, iuribus, honoribus, officiis et bonis immobilibus que a quibuscumque aliis tenet ecclesiis, sit eo ipso privatus, que sic ad eandem ecclesiam libere revertantur, quod de illis eam rectores pro sua voluntate disponant. Mobilia vero ipsius concedimus fidelibus occupanda. Illud nichilominus addicientes, ut nec huius sanctioni, ut sic delinquentes excommunicationis sententie, universitas vero sive communitas que deliquerit ipso facto cum territorio et districtu interdicto ecclesiastico subiaceant ipso facto, a qua quidem excommunicatione nullus ab alio quam Romano pontifice possit absolutionis beneficium obtinere, nisi dumtaxat in mortis articulo constitutus. Per hec autem non adimimus potestatibus secularibus facultatem utendi legibus contra tales, quas adversus sic delinquentem catholici principes ediderunt. Dignum est enim ut quos

(Margin, left:) pro indirecte

(Margin, left:) seu archiepiscopali

(Margin, left:) mobilia et

(Margin, right:) De qualitatibus offensionum fiendarum in officiales ecclesie etc. et de pena offendentium

(Margin, right:) De auxilio consilio vel favore

(Margin, right:) si

(Margin, right:) Prima pena quod sit infamis

(Margin, right:) 2a quod sit intestabilis active et passive. et alie sunt pene in hac continuate

(Margin, right:) Filiorum patrorum pene

timor dei a malo non revocat / penarum molestiis eos exaggerata compescat /
Nulla ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre sanctionis et adiectionis infringere / vel ei ausu temerario contraire / Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Avinion viij. Kal. Septembris pontificatus nostri anno ij.

De non eligendo potestatem / dominum / defensorem vel consimilem in terris / ubi debent deputari per ecclesiam / et non administrando ante confirmationem / ubi confirmatio pertinet ad ecclesiam. Rubrica x

Iohannes episcopus servus servorum dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ecclesie Romane filiorumque fidelium dispendia dissimulare non possumus. Cum postquam nobis nota fiunt adversus ea opportunis remediis occurramus. Attendentes igitur gravia incommoda que non nullis civitatibus terris castris in Marchiam ~~terras sancte Agate / Civitatem ... et ... / Massam ... Trabariam / Massam Trabariam~~ ~~eidem~~ Anconitanam / Massam Trabariam / terras sancte Agate. Civitatem Urbini et quedam comitatus ipsi contiguis Ecclesie Romane subiectis et personis singularibus eorundem et diversis nobilium quorumque aliorum usurpato regimine provenerunt. Et volentes super hoc eorum dispendiis providere / Omnibus et singulis communitatibus seu universitatibus et singularibus personis / Civitatum / terrarum / et castrorum / et locorum in Marchiam Anconitanam. Massam Trabariam / terras sancte Agate. Civitatis Urbini / et quedam comitatus ipsius contiguis / in quibus vel nobis seu quibusvis officialibus in terris ipsis ius competit deputandi / vel instituendi aut eligendi seu ponendi potestates / Capitaneos / dominos vel rectores aut officiales quoslibet / Ne ipse vel eorum aliqui per se vel alium vel alios potestatem capitaneum dominum rectorem vel defensorem seu quemcumque alium officialem quocumque nomine censeatur / in civitatibus castris et locis predictis / aut eorum aliquo eligere assumere vocare vel recipere retinere. Aut iam electo vel assumpto vocato seu recepto / tanquam potestati seu capitaneo / rectori seu defensori vel officiali obedire quocumque modo presumant / Ne ne tales electi assumpti vel recepti seu vocati huiusmodi potestarie. Capitanie. domini vel rectorie seu defensorie / aut cuiusvis alterius nominis officium / recipere acceptare gerere assumere vel regere contra nostra et apostolice sedis licentia quolibet audeant / et assumpto iam dimittant / ubi non accedat consensus seu voluntas nostra singulares personas Civitatum terrarum. castrorum et locorum predictorum vel eorum alicuius ad quos ius competit eligendi potestatem. Capitaneum. dominum vel rectorem / seu quemcumque alium officialem qui per nos seu quoscumque officiales nostros debeat aut consueverit confirmari / Ne ante debitam confirmationem obtentam / ipse vel eorum aliqui sic electo tanquam potestati seu capitaneo. rectori vel defensori seu officiali in quibusvis obediant / Ne ne tales electi quousque confirmationem habuerint ut prefertur huiusmodi potestarie capitanie. domini. vel rectorie / seu defensorie aut cuiusvis alterius nominis officio se immiscere. vel aliud gerere / aut exercere quovis modo presumant / Auctoritate apostolica districtius inhibemus / Decernentes ex nunc irritum et inane quicquid contra huiusmodi nostre inhibitionis tenorem contingerit attemptari / Nulli ergo ~~etc~~. Datum Avinion viij. Ydus decembris pontificatus nostri Anno tertio. De non dicendo ius sibi ipsi et non faciendo guerram nisi de licentia rectoris et non capiendo homines vel predas vel expellendo aliquem de domo propria. Rubrica xi.

[...] omnino hominum liceat hanc paginam nostre inhibitionis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Con. h. j.

No.

Iohannes eps̄ ad certitudinem p̄ntium ac ad f̄ hoc dignoscit̄
media inter discordes Justitia ↄstituta, ut Nemo iustitie
trāsgredi limites inordinata voluntate p̄sumat, Sed q̄d
q̄s credit alt̄ ad iusˀ aliquē forte ↄpetē, Coram iudice suo Ju-
stitie rectitudinis prosequat̄. Nouimus eniȝ q̄ diez crescente malitia sic
adsueta nequitia multoꝝ mentes hominum depravat̄, q̄ impꝛaz p̄sūe
violentia nō timentes sepe alt̄ insurgit in alteꝝ. Et alius p adu̾sus
aliū extimat se fortassis h̄re vias pacificas, Et iure ordin p̄missa
violentis conatibus optinē p̄sumit, Sunt alios nō qui ad hec ducunt̄
indomita voluntate. Non nulli de nr̄a Marchia Anconitan̄ prouincia
ad huiusmōi prosiliē conat̄ p motus effrenos et agiles, nō uerentes ipi̾
prouincie statū sepe turbant pacificū, periculosis rea nō absque dis-
pendiis aiaꝝ fideliū flagiciis et bonoꝝ detrimentis innūs scandalis
suscitatis. Nos igr̄ qui prouinciam ipam quadam singlari affec-
tōe diligim̄, et tanq̄ recreationis nr̄e pomerium paterne benignitatis oculis
intuem̄, Cupientes ut illa turbatoribus et scandalis quibuscumque remediis
nr̄i oppoitūe subductis bono pacis et ordine nō ledat̄, dē debitū et con-
gruū reputantes ut illi sic talium ↄpescat̄ audatia q̄ ab actibus violentis
retrahantur. Et ne regulis huiusmōi se p̄ssit conatibus obsecundet. Vni-
u̾sis et singlis tam clericis q̄ laycis cuiuscumque status ordinis ul̾ ↄdictionis exi-
stant, Comitibus quoque, Baronibus, Nobilibus, Potestatibus, Capitaneis et
aliis officialibus quibuscumque inferioris gradus p̄sonis, nec nō et comitat̄
ac vniu̾sitatibus Ciuitat̄ Castroꝝ et villaꝝ quoꝝcumque locoꝝ p̄dicta
prouinciam ↄsistentium, auctē p̄ntium. districtius inhibem̄ et mandam̄ exp̄sse,
Ne ipoꝝ aliquis ↄ alium sibi inuis indicant guerram ul̾ exatum
seu caualcatam, in delicentia Rectoris prouincie supdicte p̄se ul̾ aliis
facē ul̾ mouē. Aut alteꝝ p hostiles incursus seu violentias ul̾ p̄ssu-
ram Occupare inuadere ul̾ et detinere, seu aliquē de domo p̄pria siue
Ciuitat̄ Castro ul̾ loco expellere, capere seu detinē. Siue aduin-
dictam ul̾ violentia aliqua prosilire, quauis cā ul̾ occāne p̄sumant
Sed quilibet iuris suum p viam iustitie coram ↄpetenti Judice p̄sequatur.
Nos aut omnes et singlos secūdos tam clericos q̄ laycos ↄ inhibitionem et mandatum
huiusmōi postquam illa ad notitiam puenerit eoꝝ ul̾ p eos steterit q̄ minus
potuerint puenire facientes, nisi infra certum terminum p̄missis, sententiam excōis.
Et insup eosdem clericos suspensionis pena innodare, ac p dictoꝝ castra
t̄ras et loca Comitat̄ et vniu̾sitat̄ p̄dictaꝝ si ↄ huiusmōi inhibitionem et man-
datum venire p̄sumpserint, ac dictoꝝ clicoꝝ Eccl̄ias qui facē ↄ p̄dicta for-
sitan adtentabunt, Sint eo ecclesiastico supponē volum̄ ipo facto. Omnes q̄ p-
dictos et singlos omnibus priuilegiis indulgentiis gratiis libertatibus immunita-
tibus realibus et psonalibus feudis locationibus bonis, Juribus et honoribus
officiis et quibuscumque concessionibus a Romanis et quibusuis aliis ecclesiis
optinere noscuntur eo ipo fore priuatos. Et nichilominus omnes et singlos
Comites barones nobiles. potestat̄. Capitaneos. offic̄ et comitat̄ p̄dict̄ mille
Marchaꝝ argenti et vna quacumque p̄sonaꝝ ipaꝝ que ↄ inhibitionem et
mandatum huiusmōi facē ul̾ uenire p̄sumpserit dictoꝝ floꝝ auri
qua eo ipo incurrant pena multam. Contra clericos supdictos ad priua-
tionem omnium beneficioꝝ ecclesiasticoꝝ, dignitat̄ p̄sonatuum et officioꝝ cū cura
ul̾ sine cura que forsan optinerent. Et ad reddendum eos inhabiles et in-
dignos ad ea et quelibet omnia optinenda in posteꝝ. Nulli ergo omnino etc.
Dat̄ Auinion. x. kl̄. Jan. pontificatus nr̄i Anno vj.

De locationibus arrendationibus et custodia rectorum pontium et castellaniarum ecclesie. Et de dispositionibus rectorum thesaurariis ut habeant puras manus et abstineant se ab inhonestis negotiationibus. xii

Benedictus episcopus servus servorum dei ad perpetuam rei memoriam. Inter
multas sollicitudines nobis ex apostolice servitutis officio incumbentes ad hec
libenter intendimus et efficaciter quantum cum deo possumus operam adhibemus
ut in terris et provinciis nobis et ecclesie romane immediate subiectis regnet
iustitia ratione equitas vigeat quibus iniis fraudibus et malitiis re-
legatis. Sane quia sicut sepe relatum extitit ad nostri apostolatus auditum
inter rectores et thesaurarios in eisdem terris et provinciis pro tempore apostolicam
deputatos ratione occasione redditum et proventuum ad eandem romanam
ecclesiam in eisdem terris et provinciis spectantium plerumque contentiones dissentiones
et emulationes non sine scandalis et dispendiis suscitari contingunt.
Nos igitur obviare ac terris et eidem ecclesie providere circa hec desiderantes
tantibus cupientes. Ordinationes infrascriptas deliberatione matura fa-
ciendas providimus quas irrefragabiliter in eisdem terris et provinciis vo-
lumus et precipimus in posterum observari. Imprimis siquidem ordinamus
quod redditum et proventuum predictorum ad arrendationes et firme deinceps an-
nis singulis fiant temporibus debitis per rectorem et thesaurarium cum libe-
rationibus simul et concorditer precedentibus legitimis subhastationibus
ut est moris. Ita quod sine fraude huiusmodi arrendationes et firme con-
cedantur personis ydoneis et fidelibus plus offerentibus. Non tamen fratribus
nepotibus consanguineis vel familiaribus rectoris vel thesaurarii
predictorum. Ne per tales forsitan subiectis plus debito gravamina ingerant
Illi autem quibus ut premittitur tradentur huiusmodi arrendationes et fir-
me cautiones prestent ydoneas qui se principaliter obligent pro omnibus
ad que se principaliter possint teneri sine exceptione vel delicto seu alia
causa quacumque. In pronunciationibus non subhastationum predictorum inhibe-
atur sub penis gravibus de quibus rectori et thesaurario providere videbitur
expedire. Ne ullus cuiuscumque status conditionis existat aliquem vel ali-
quos qui dictos redditus et proventus vel eorum aliquos ad firmam seu ad
arrendationem recipere voluerint et obligare pro illis facere in subhastatio-
nibus et arrendationibus facto vel verbo per se vel alium seu alios publice vel occulte
impedire aut minas eis inferre vel ipsos offendere quoquomodo presumat. Et
si forsitan aliquis reperiatur fuerit temerarius contra inhibitionis
transgressor penis huiusmodi subiciatur et aliter exinde puniatur iustitia per
suadente puniatur. Preterea volumus quod castellanie castrorum et aliorum lo-
corum ad nos et ecclesiam memoratam spectantium que sub manu teneri
eidem ecclesie et de quibus non esset expediens quod traderentur ad firmam per
rectorem et thesaurarium provincie et earum cuiuslibet simul et concorditer com-
mittantur ydoneis et fidelibus quotiens opportunum fuerit committendis qui
personas alias ad custodiam deputandas sine fraude tenere debeant
que de fructibus et proventibus exinde obvenientibus fidelem rationem
reddere camere apostolice teneantur. Super hiis autem nec non quod tales sit per
quibus fient committende predicte ut castra et loca huiusmodi commendata de mo-
ribus ipsorum habitis et recipiant possint libere quando et quotiens expedire re-
ctori videbitur absque cuiusque difficultate aut dictoris obstaculo tam
per receptores ydoneorum cautionum quam per pennellas sufficientes aliud
provideant. Rector et thesaurarius antedicti. Si vero aliter huiusmodi arrendat

De subhastationibus fiendis per officiales ecclesie de bonis et possessionibus et aliis ecclesie quando fiant

De castellaniis castrorum et terrarum ecclesie quibus et quando dentur

145v

De dolo et fraude rectoris vel thesaurarii ecclesie commissis in gestis et negotiis eorum

firmas et commendas contigerit acceptari, aut per rectorem aut per thesa-
urarium cuiusque provincie fraus vel dolus intervenerit super hiis, huiusmodi
adredationes firme et commende robore careant firmitatis. Et nichilominus
ille vel illi ex eis qui fraudem vel dolum in eis commiserint, in hac parte
ad restitutionem dampnorum quibus ecclesia Romana propterea subiecta fuerit, sint ad-
stricti. Eorum cuiusque per illos quibus castellanie predictorum castrorum et locorum
committentur. Intendimus super mutatione servientium stipendiariorum, que eis pro-
videntia rectoris vel thesaurarii pro tuitione eorum custodia deputatur,
fraudes non parum dampnose predicte camere sepe sic ad specialiter committuntur. Ordi-
natione nostre adicimus quod servientes huiusmodi postquam predictarum camere fuerint assi-
gnati, mutari et aliis subrogari non possint, absque rectoris et
thesaurarii provincie licentia speciali. Siquidem de castris locis que
commendari contigerint aliquem, habeant annis singulis per rectorem
et thesaurarium deliberatione provida et matura, utrum ea vel eorum aliqua
concedi ad firmam annualem expediat vel in manibus eiusdem ecclesie retinere
personis ydoneis commendanda. Et si hoc ultimum expedientius videatur, cau-
sas et rationes quibus movebuntur super hoc, camere predicte non differant signi-
ficare, si se suspectorum nitare voluerint. Omnes autem firmas
predictas annales esse debere intelligimus et commendas predictas, nisi per industri-
am et fidelitatem aliquorum quibus esset facienda predicta commende ad ampliorem
temporis spatium commendam prorogari et heredem. Rursus ordinamus et vo-
lumus quod in singulis terris et provinciis supradictis sit electo unus fidelis no-
tarius per rectorem et thesaurarium, seu camere deputandus, qui predictis subastationibus ob-
lationibus adredationibus firmis et commendis et aliis super eis et scripturis
quotiens opportunum fuerit scripturas faciat publicas, et de gestis circa
premissa predicta camera valeat plenius informari. Qui quidem notarius de suo
semper super predictis exercendo fideliter officio in manibus dicti camerarii vel
alterius cui ipse hoc committendum providerit iuramentum prestabit. Et de-
inde tamquam unus notarius curie rectoris provincie notitie officium cum emo-
lumentorum perceptione inde sibi provenientium exequetur. Preterea or-
dinamus et volumus quod ad minus in singulis eisdem provinciis tres libri fiant
singulis, quorum unum rector, alium vero thesaurarius, et tertium predictus no-
tarius teneant et conservent. In quibus quidem tribus libris omnes et sin-
guli redditus et proventus ex quibuscumque causis toto illo anno provenien-
tibus ad eandem cameram, quos prefatus notarius scribant fideliter
et distincte. Itaque in capite cuiuslibet septimane rector et thesaurarius
ad ratiocinandum post dictum notarium super illis qui illa septimana pervenerint vel
pervenire ad cameram ipsam debuerint, de quibus iis proventibus et redditibus et
illis et que illa septimana expensa fuerint simul habeant convenire, omnia
~~redditus~~ in dictis tribus libris fideliter particulariter et distincte per dictum notarium
conscribantur. Et sic per totum annum facere teneantur. Nisi forsitan forent
aliquotiens legitimis impedimentis detenti. Quibus cessantibus vel subductis
septimana vel septimanis qua vel quibus per impedimenta huiusmodi compu-
tarent premictitur obmisissent, de qualibet septimana obmissa per ordinem
singulariter et distincte computent et similiter in eisdem tribus libris scribatur
per notarium antedictum. Anno vero completo rector et thesaurarius totius anni recoli-
ant eiusdem per notarium rationes et eosdem tres libros per calculatorem fidelem concor-
dent. Quibus sic peractis unus de huiusmodi tribus libris scriptis per ipsum notarium

et suo signo signatas clausasque sub sigillo rectoris et thexaurarii ad pre-
dictam cameram transmictant fideliter, eique infra duos menses a fine anni com-
putandos predicta presententur, ut ipsa camera videre possit plenius et commo-
dius quid et qualiter actum circa premissa fuit et quid ulterius sit agendum.
Hos nempe modum et formam de receptis fructuum temporibus volumus in eisdem terris
et provinciis absque obmissione et transgressione illorum qualibet observari. Porro
circa compositiones et firmantias que secundum morem et consuetudinem illarum par-
tium fieri solent, interdum fraudes et malitie in rei detrimentum
plurimum et gravamen subditorum et camere prefate prejudicium plerumque ut asseritur
committuntur. Nos ad evitandas fraudes et tollendas huiusmodi volumus
et ordinamus quod compositiones et firmantie quotiens de quibuscumque causis fu-
erint faciende per rectorem et thexaurarium provincie simul et concordanter
vocatis et presentibus judicibus curie, vel uno ex eis ac aliquibus aliis fide-
libus qui sciant statum et qualitatem negotiorum super quibus est compositio
vel firmantia facienda habeant quam notitiam personarum quas negotia ipsa tan-
gunt. Et demum attentis circumstantiis et deliberatione prehabita dili-
genti fiant predicte compositiones et firmantie in casibus debitis et honestis. Se-
cundum quas procedatur ad perfectionem earum. Illi qui per se vel alios habebunt componere
vel firmare presentent ibidem ad sancta dei evangelia iurabunt quod ratione vel occa-
sione compositionis et firmantie cause vel negotii de quo agitur nichil rectori
vel thexaurario aut alicui vel aliquibus curialibus vel eorum officialibus
pro ipsis seu ad eorum commodum dederunt vel promiserunt aut datum vel
promissum erit per se vel per alium seu alios tacite vel expresse sub quovis colore
vel causa nisi dumtaxat illud quod pro compositione vel firmantia debet dicte camere
applicari. Et si aliter vel alias predicte compositiones et firmantie fierent
eo ipso sint cassate nulle irrite et inanes. Que quidem omnia per presentes
notarios fideliter conscribantur. Illorum autem qui post presentis ordinationis nostre
publicationem fuerit aliquid contra tenorem eiusdem daret vel reciperent premissis ad pe-
nam dupli eidem camere applicandam teneri volumus et adstringi. Nulli preterea sedis
apostolice remissionem super hoc valituram. Per hoc tamen non intelligatur prohibitum
quominus notarii et officiales prefatis scripturis et laboribus iustum et mo-
deratum salarium sicut consuetum est recipere valeant et rationis fuerit seu fieri
inde. Et pars ledens parti lese possit satisfacere competenter. In omnibus autem et super
omnia. Caveant rector et thexaurarius quod male factores in detrimentum ac il-
lesionem utilitatis rei publice presertim illos ex quorum compositionibus et firmantiis
possit in provincia contingere ad compositiones et firmantias huiusmodi non admictant.
Postremo cum ut fertur plerumque rectores et thexaurarii suis stipendiis non
contenti redditus et proventus aliquorum locorum in dictis sibi provinciis consistentes
et spectantes ad cameram memoratam ad manus suas sub certis occasionibus seu co-
loribus non sine detrimento prefate camere retinere ac suis usibus dispensare
presumunt id decetero fieri districtius prohibemus. Ac volentes rectorem et thex-
aurarium ac officiales alios qui nunc sunt et erunt in posterum in superdictis terris et pro-
vinciis ~~[illegible]~~ pro camera deputatos puras manus tenere ... cupidis lucris et
muneribus manus suas eisdem sub excommunicationis pena districtius inhibemus ne mu-
nera sordida recipiant quoquomodo. Cum vel de pecuniis et bonis
camere memorate que ad manus eorum vel curialibus eorum pervenerint aliqui
mercatores seu negotiatores merchaturas prohibitas clericis vel personis
ecclesiasticis committentes sub quovis colore vel modo exercere presumunt sub easdem

pecuniam et bona prout ad eorum et cuiuslibet eorum pertinebit officium custodiat et
dispensent inde ratem legittimam reddituri. Ut autem ordinationes nostre
huiusmodi firmius et inviolabilius de cetero futuris temporibus observentur
Volumus et mandamus quod rector et thexaurarius terrarum et provinciarum predictarum
qui nunc sunt mox post presentationem presentium eis factam de illis observandis et
complendis quantum in eis fuerit in presentia notarii publici proprium iuramentum prestent. Et idem confirmandi
nobis e vestigio teneantur sicut in eisdem prestent ad sancta dei evangelia in manibus. Ceteri
rector et thexaurarius qui de cetero deputabuntur in terris et provinciis antequam
quas licteras suorum officiorum recipiat in manibus prefati camerarii prestare teneantur
de observandis tenaciter ordinationibus huiusmodi tenentur. Demum volumus
mandamus et ordinamus ut in singulis terris et provinciis predictis nobis et
ecclesie romane immediate subiectis integraliter fideliter et diligenter ac particula-
riter et distincte scribantur omnes et singuli redditus et proventus. Nec non po-
ssessiones et iura et domina que ad eadem memoratam ecclesiam spectant ibidem
et de illis in eisdem singulis provinciis fiant duo libri bene compositi et or-
dinati. Quorum unus penes rectorem et thexaurarium maneat alter alter
ad prefata transmictatur [illegible] in archivio eiusdem Romane ecclesie perpetuo con-
servandus. Nulli ergo hominum et cetera. Datum Avinione iiii. nonas augusti.
pontificatus nostri anno vii. De exemptione castrorum comi-
tatus quondam Fani et iurisdictione ipsius civitatis Fa-
nensis. Rubrica   xiiii

Clemens episcopus servus servorum dei ad perpetuam rei memoriam
Copiosa sedis apostolice benignitas fideles et devotos suos oculis Exemptio quorumdam castrorum et [illegible] a iurisdictione civitatis Fani
respiciens gratiosis eis in suis opportunitatibus se consuevit li-
beralem et propitiam exibere. Sane dilectorum filiorum hominum et ha-
bitatorum montis sicoli. montis fluctuli flactarum Turris sancti viti montis
soli sancti laurentii Collis alti. Insule gulteste. Reforzati sancti bar-
toli Baracasempule Mondavii. Orciani. Sancti georgii. lubacarie
et planciarum. Castrorum olim comitatus Civitatis fanensis. petitio no-
bis exibita continebat quod dudum felicis recordationis Jo. papa XXII.
predecessor noster nonnullos officiales consilium et commune Civitatis predicte propter rebel-
lionem et infidelitatem aliaque detestanda crimina ab eisdem commissa et
excessus exortandos varios quondam et Romanam ecclesiam perpetratos
procedens ipsos officiales consilium et commune pro penis aliacque omnibus privilegiis
dignitatibus officiis iuribus iurisdictionibus bonis mobilibus et in-
mobilibus ubique consistentibus per processus suos iustitia exigente pri-
vavit. Postremo autem predecessor noster prefatus certis causis ad hec
ipsum moventibus volens ipsos misericorditer agere cum eisdem Bone memorie
fratri. Episcopo florentino quondam fulconi de poppia thexaurario ecclesie andegaven. tunc vice rectori Marchie Anconitane per suas litteras certi
tenoris commisit ut supradictos officiales consilium et commune sub certis modis
pactis et conditionibus in litteris eisdem contentis plenius et expressius apertius
absolveret supradictos. Verum predictus episcopus et vice rector super contentis
in eisdem licteris ad actum aliquos procedentes de voluntate et consensu
expresso sindicorum et procuratorum prefatorum officialium consilii et com-

excõita sua | pñs qz sindicis et procuratoribz pntibz et approbant
ordinauerunt qd castra pdicta et quolz eorūdez remaneret sicut
existebat tūc eccł. Ro. imediate subiecta et ab omni potate iurisdictõe
ac dnio pdcorz officialium consilij et cois fan. usqz ad dicte sed bnpla
citũ. francha libera et exempta. Cuz aũt sic adeat pcio subiun
gebat aliqui tiranni Ciuitatis pdicte fan. venire contra ordinatõz
huiusmõi factam p eosdez epm et vice Rectore ut pnittit molientes
dicta castra uł aliqua ex eis sibi subiugare ac detinere tyrannice p̃sump
tuti. Nobis ꝑ parte dcorz hominũ et habitatorz extitit humilr supplicatuz
ut eis prouidere sup hijs de opportuno remedio paterna diligentia
curaremus. Nos igr diligenti intellectis et ad sinceris deuotõe et fidelitate ipoz
hominũ et habitatorz quas gesserunt actenus de eandez eccłaz. et gere studēt
ac nunc sic testimonijs pcepiz fidedignis. Supplicat benignius inclina
ti castra pdcta et eorz qlibz cũ suis terrtorijs et districtibz ab omni iurisdic
tõe potate dnio et subiugatõe. Ciuitatis fan. Et officialium cois et consilij
pdcorz de nouo usqz ad eiusdez sedis beneplacitum eximimus ab eis sic nunc
sut francha libera et exempta. Et eidez eccł. Ro. ac rectori Marchie
pdicte qui est et erit pro tpre imediate subiecta volumus et decernimus re
manere. Nulli ergo et c. Dat Auinion xvij. kall. febr. pontifica
tus nři. Anno iiij.

De pro cessibz factis ꝑ census et affictus nõ solutos. R. xiiij

Clemens eps ad futuram rei memoriaz. Molesta nobis mlto
torz relatio ad nrm produxit auditum. Qd nõ nulli Rectores
puinciarz Ciuitatis atqz terrarz ad Romanaz Eccłaz. imediate
spectantium fines suos quibz nõ contenti sut excedentes frequenter thexa
urarios prouinciarz pdcarz ultra stipendia constituta eis pecunias de bonis
ac iuribz ad eandem eccłaz. ptinentibz ac alias ad eccłaz. ipaz spectantibz recipere
exigere ac extorquere p uiolentiaz sut conati. Et dictis thexaur. ipis si
eorũ rectori nõ satisfecerint uoluptati Iniurijs et contumelijs. Et
interdũ ulterius prcedentes Carceribz mancipaverunt. Et nos sup grauamine
ac pndicio eccłe memorate huiusmõi itaqz rectorz ipoz excessũ
in hac parte temeritati et audatia itendentes omnibz et singlis rectoribz
ipis pntibz et futuris districtius inhibemus. nec p se uł aliũ seu alios
directe uł indirecte pũ. uł occulte talia de cetero attemptare aut the
xaurarios ipis inquos nullaz iurisdictõz habere certũ est eorũqz notarijs
et familiaribz ex quibus uis causis seu occasionibz. iniurias irrogare
presumant. Contrariũ nõ facientes seu presumentes excõis sentia inno
damus. Et officijs que exercent priuatos esse uolumus eo ipo. Res enim prani ad
modum est exempli. si hij qui ad corrigenda uitia aliorz positi sunt. Et vir
tuosis opibz viuendi norma debent alijs demostrare. Ingnaminis
actionibz suarz ex. incentiuũ prebeat alijs delinquendi Nulli ergo et c.
Dat apud uillam noua Auinion. dyoc. viij. ydus may anno x.

De rectore ne presumpat contra thesaurarium et eius officiales. R. xv

Quod rectores provinciarum ... [illegible] ... stipendia et salaria ... [illegible]

147v

Innocentius episcopus servus servorum dei ad perpetuam rei memoriam. Multorum fide
relatione nostrum pulsavit auditum quod rectores provinciarum Civitatum castrorum
terrarum et aliorum locorum ad nos et ecclesiam Romanam immediate spectantium dum
percipiendis et exigendis censibus et aliis iuribus ecclesie eius debitis universitates
vel singulares personas Civitatum castrorum terrarum et aliorum locorum superdictorum ali-
quas spirituales vel temporales contingit habere processus. rectores ad suspensiones seu
relaxationes processuum huiusmodi non satisfacto de huiusmodi censibus et iuribus eidem
ecclesie sine consilio et consensu thesaurariorum provinciarum terrarum castrorum et locorum
ipsorum pro eadem ecclesia quorum interest de hiis habere notitiam procedunt in gravem preiu-
dicium ecclesie memorate. Volentes itaque indempnitati Iurium in hac parte ecclesie
providere. Universis et singulis rectoribus provinciarum Civitatum castrorum
et locorum ipsius ecclesie presentibus et futuris auctoritate apostolica districtius inhibemus ne processus
aliquos spirituales vel temporales per eos et quoslibet eorum habitos vel habendos pro exigendis
ac recipiendis huiusmodi censibus et aliis quibuscumque iuribus ecclesie Romane me-
morate nisi vocatis thesaurariis dictarum provinciarum qui pro tempore fuerint
suspendere relaxare cassare aut adnullare presumant. Suspensiones re-
laxationes cassationes et cancellationes siquas contra inhibitionem nostram huiusmodi
fieri contigerit decernentes irritas et inanes. Nulli ergo etc. Datum apud
villam novam avinionensis diocesis Kalendas Iunii pontificatus nostri anno primo.

De prohibitione compositionis super homicidio. 16

Innocentius episcopus servus servorum dei ad perpetuam rei memoriam. Sic
facilitas venie incentivum prebere assolet delinquendi. Sic rigor
iustitie terminum ponit excessibus et additum interdicit errori. Sane
ad audientiam nostram molesta nobis insinuatio fide digna perduxit quod in
nonnullis terris ecclesie Romane immediate subiectis de consuetudine vel alias observatur
quod homicide quilibet dum tamen cum interfecti consanguineis pacem habent et de pace
huiusmodi per instrumentum facere fidem possint per officiales ipsius ecclesie ad compositionem pecuni-
ariam indifferenter admissi et frequenter pro quantitate valde modica ad-
mictuntur. Unde fit quod dum homicide hiidem reatus sui penam modica pecu-
nialitate redimunt. supra ex impunitate licentia facile prorumpunt in culpa.
Et ex hoc malignandi ex talibus derivato sevit malus frequenter in bonum
lacessit. Improbus probum. potens opprimit humilem. et gravat sepe noxius
innocentem. Cum autem publice utilitatis intersit ut malitia non remaneat im-
punita. Nos huic morbo qui iam cronicus factus ferrum expetit. vo-
lentes congruam adhibere medelam. omnibus et singulis rectoribus et aliis quibus-
cumque officialibus quarumcumque provinciarum. Civitatum terrarum et castrorum et
aliorum locorum ipsius ecclesie. presentibus et futuris auctoritate apostolica districtius inhibemus.
Ne pretextu cuiuscumque homicidii. aliquem ad compositionem pecuniariam presumant
admictere homicidam. Compositiones siquas contra inhibitionem nostram huiusmodi fieri
contigerit irritas et inanes. et homicidas ad compositionem admissos ... mus
sic huiusmodi non obstantibus sic ac si compositi non fuerant eisdem et ceteris de legibus
decernentes non obstantibus constitutionibus et statutis ac huiusmodi aliis observantiis
quibuscumque. Que omnia quo ad hec viribus vacuamus. Nulli ergo etc.
Datum apud villam novam avinionensis diocesis Idus Iunii pontificatus
nostri Anno primo. De prohibitione compositionis cassa-
tionis et suspensionis processus per rectorem sine
thesaurario.
17

Innocentius episcopus ad perpetuam rei memoriam. Quamvis omnes quos
regendos nobis prudentia divina commisit irreprehensibiliter
agere merito affectemus officialium tamen nostrorum actus et mores
tanto fore irreprehensibiliores appetimus quanto officiales hujusmodi in executione
officiorum eis commissorum vices nostras gerere comprobantur. Quotiensque ipsorum
excessus trahuntur facilius ac perniciosius in exemplum. Sane multorum insinuatio
nostrum frequenter pulsavit auditum quod nonnulli officiales ecclesie Romane
dum contra communitates seu universitates vel singulares personas provinciarum civitatum
castrorum villarum terrarum sive locorum sive regiminum com-
missorum prout exigit qualitas commissorum excessuum per eosdem aliquos
inchoant quandoque processus sufficienter pecunia partis corruptela pro-
cessus hujusmodi persepe suspendunt. Et interdum mandant et faciunt can-
cellari. Et nonnunquam cum hiis contra quos processus hujusmodi conditi sunt ad in-
debitam compositionem descendunt. Thesaurariis qui sunt in eisdem provin-
ciis seu civitatibus pecuniarum ecclesie non vocatis [illegible] in iniuriam sub-
ditorum et preiudicium. Et ipsius ecclesie dispendium et iacturam. Volentes igitur
super hoc de opportuno remedio providere. Suspensiones et cancel-
lationes hujusmodi fieri decetero prohibemus. Statuentes ut compositiones quas
non vocatis thesaurariis ipsis fieri contingerit irritas et inanes permaneant
quoque ex hujusmodi compositionibus proventura non nisi eisdem thesaurariis
ad eorum immediate spectat officium percipiendi assignande. Nulli ergo etc.
Datum apud villam novam Avinionensis dyocesis [illegible] pontificatus nostri anno primo.

De prohibitione contractus et venditionis baractarie sive ludi taxillorum et contractu meretricum. xviij

Innocentius ad perpetuam rei memoriam. Quamvis omnes quos
regendos bonitas divina commisit irreprehensibiliter agere cupiamus.
Eorum tamen actus et mores qui nobis et ecclesie Romane immediate
noscuntur immediate subesse tanto esse irreprehensibiliores appetimus quanto
de illis specialior imminet cura nobis. Sane ad audientiam nostram per-
venit quod in nonnullis provinciis et civitatibus nobis et eidem ecclesie imme-
diate subiectis ex quadam consuetudine seu abusu potius observatum
est quod in terris locis provinciarum ac terrarum et civitatum predictarum. Baractarie
vulgariter nuncupate que rectores officiales earundem provinciarum
civitatum et terrarum aliis vendunt ad tempus licet habeant quibuscumque lu-
dum exercere publice taxillorum. Ex quo per mortem deformatorum quod inde
resultat frequenter scandala oriuntur et brighe. Et nonnunquam
quod molestius ferimus nomen divinum blasfematur. Quidam officiales ipsi
stipendiis propriis non contenti quin ymo lucris turpibus non sine periculo
salutis et fame inhiantes constituunt publicis meretricibus que de in-
fami proprio corpore questu vivunt septimanis singulis sive certa exi-
gunt de ipsorum commodis ymo verius incommodis apprecient unum grossum(?)
Volentes super hiis de illo remedio providere per quod talia decetero talia
non contingant. Baractariam hujusmodi in eisdem provinciis Civita-
tibus et terris fieri et vendi decetero districtius inhibemus. Rectoribus
provinciarum et Civitatum ipsarum ac terrarum presentibus et futuris omnibus

et singulis districte.

148v

Et singulis districte precipiendo mandamus ut quicumque officiales vel aliorum quorumvis prohibitorum eorumdem barattariam huiusmodi ordinatam aut videntur quolibet in eisdem ac exigerent prefatis meretricibus prostitutis aliquid temeritatis huiusmodi audaciam puniant et adstringant. Nulli ergo etc. Datum apud villam novam Avinionensis dyocesis iiij. kalendas augusti pontificatus nostri anno primo.

Incipit liber secundus constitutionum in quo continentur constitutiones pertinentes ad officiales iura fiscalia et publica et iurisdictiones ecclesie romane.

De officio et iuramento rectoris cuiuscumque provincie. i

Egidius etc. Sabinensis episcopus apostolice sedis legatus et dominus nostri pape vicarius generalis etc. ut sequitur.

Provida legum auctoritas sacrorum canonum imitata provinciarum et provincialium utilitati et opportunitati presidens salubriter statuit ut cuique preesset provincie preses vir per quem ipsa gubernetur utiliter. Et per quem possint provincialium desideria explicari concedens eis qui regunt provincias merum et mixtum imperium et gladii potestatem. Et causarum quarumlibet notionem. Rectores que provinciarum nostrarum etiam ampla potestate dotavit quorum officium et rectura dignitatem et dispositionem mirum quam voluntas et tolerantia romanorum pontificum. Et consuetudo laudabilis plurifaria honoribus et potestatibus insignivit. Que in hiis omnibus ratis manentibus nisi quatenus in aliquibus etiam in aliquibus casibus contrarium specialiter stabilitum vel infuturum

contigerit ordinari. Et salvis constitutionibus institutis in presenti volumine
quibus per rectores alicuius provincie et eius potestate nolumus in aliquo dero-
gari. Quedam que unicuique rectoris incumbit officio, ne taciturnitate
neglecta videantur, duximus specialiter designanda. Congruit
namque bono et gravi presidis sollicitudinibus et curis continuis dare operam
efficacem, ut placatam et quietam teneat provinciam cui preest. Spatiaque
et ipsius terras et loca omnia gubernet et manuteneat in vera fi-
delitate et obedientia sancte matris ecclesie et Romani pontificis ad cuius
dominium ipse provincie pertinet in spiritualibus et temporalibus pleno iure. Et
diligenter advertere ac remediis opportunis occurrere. Ne tirampnides
invalescant et ne scintilla aliqua seu scandalum rebellionis insurgat. Et bo-
na fide procuret exterminare ab omnibus locis sue iurisdictionis hereticos
ab ecclesia denotatos. Iura quoque et bona Romane ecclesie defensare et occupata
recuperare pro posse. Ecclesias viduas, pupillos, pauperes et miserabiles
personas ab oppressionibus relevare. Et eorum iure cum brevi expeditione causarum
favorabiliter observare. Malis hominibus provinciam et loca sue iurisdictionis
purgare. Iustitiam sine acceptione personarum omnibus ministrare. Et facere
ministrari. Exactiones illicitas prohibere eisque ~~dest~~ resistere. Scan-
dala et discordias removere. Atque pacem et concordiam inter medi-
tores homines seminare. Et idem rector puras manus habere studeat quod iura
requirunt et a venalitate iustitie. Iniquis extorsionibus. Exac-
tionibus et concussionibus penitus abstineat. Et omnia et singula que de eius ex-
pectat officium studeat bene et sollicite ac legaliter exercere. Et ut semper
pax et quies ut optamus liberius habeatur. Volumus et mandamus quod quotiens
reformationem contigerit statum civitatum terrarum et locorum ipsius rectoris
regiminis commissorum possit et debeat ipsorum et ibi degentium statum per se
alium aut alios reformare ut prout utilitas et honor ecclesie et status
provincie exigerit et sibi videbitur expedire. Insuper quia non est inverisimile
quod quis presertim cui tantum regimen creditur fiat immemor salutis eterne.
Sed quod iuramento firmavit. Sic religionis divine et sui honoris conservande
tenacior servator. Statuimus quod quilibet rector cuiuscumque provincie
Romane ecclesie presens in primo parlamento quod fecerit post eius ingressum in pro-
vinciam sibi decretam prestare teneatur corporaliter iusiurandum autem
non in provincie ordinatum. Quo iuramento contineatur expresse. Quod ipse rec-
tor sit et perpetuo erit cultor catholice fidei. Et sacrosancte Ro-
mane ecclesie. Et numquam ei ad usurpabit nec alium quantum possibilitatis habebit
ad usurpandum permittet. Et secundum puritatem conscientie officio et administrationi
sibi commissis decet ecclesie. Summo pontifici fidelem servitium prestabit.
Et quod nulli pecuniam dedit nec dabit quacumque occasione consequendi dictum officium.
Et pro omni studio specialia iura Romane ecclesie in locis sibi commis-
sis diliget inspiciet et defendet. Et quod pro posse exterminabit
de dictis locis hereticos ab ecclesia denotatos ac fideles ecclesie et Summi
pontificis paterne tractabit. Et secundum suam possibilitatem illesos
ibique conservabit. Et quod equum utrique parti semper in publica disciplina
existet. Nullique parti ~~aut~~ citra quam iustum fuerit excedet. Excessus
vindicet delicta. Et omnem equitatem servabit sed quod iustum fuerit et
sibi iustum. Et quod puras manus ab omni venalitate iustitie et

omni simonia et illicitis extorsionibus conservabit. Et quod officiales bonos legales et ydoneos quantum melius poterit et noverit ad officia sue curie assumet et deputabit. Et si quem illorum sive quosque ex eis postea superiorum eorum pravos seu non ydoneos cognoverit amovebit. Et loco amoti alium ydoneum subrogabit. Et quod omnes et singulas constitutiones in presenti volumine insertas observabit et faciet a suis officialibus et familiaribus et aliis prout ad quemlibet ipsorum pertinet inviolabiliter observari.

De numero et distributione officialium curie ancon. provincie. R[ubrica] xx

Egidius car.

Quia solus rector ex certo iurisdictionis non sufficeret omnibus incumbentibus ipsius officio. Oportet ipsum habere officiales et ministros per quos in talibus adiuvetur. Et importabilibus laboribus suis non cogatur relevetur. Circa que prout in pluribus antiquatam consuetudinem imitantes. Statuimus quod rector Marchie Anconitane possit et debeat pro suo officio commodius exercendo deputare eligere et habere septem bonos et legales et expertos iudices iurisperitos. Unum marescallum bonum et discretum ac plurium armorum expertum. Viginti quatuor bonos legales et expertos notarios. Quorum iudicum quatuor resideant in curia generali domini rectoris et loco seu terra residentie domini rectoris et sue curie. Et vocentur et sint iudices curie generalis rectoris Marchie antedicte. Unus vero eorum iudicum sit clericus et saltem in minoribus inter peritos qui vocetur et sit iudex ~~causarum appellationum de voluntate ad curiam~~ super spiritualibus et causis ad forum ecclesiasticum pertinentibus. Alius vero eorum iudicum sit et vocetur iudex causarum appellationum de voluntate ad curiam generalem domini rectoris. Alter vero ex dictis iudicibus vocetur et sit iudex causarum criminalium curie antedicte. Quartus vero ex dictis iudicibus vocetur et sit iudex causarum civilium curie memorate. Reliqui vero tres iudices vocentur et sint qui nominentur iudices presidatuum. Unus videlicet presidatus abbatie Farfensis. Alter presidatus Camerinensis. Reliquus presidatus sancti Laurentii in campo per ipsos presidatus separatim et singulariter deputati. Ex notariis vero predictis duo vocentur et sint notarii camere predicti rectoris. Unus illorum duorum vocetur et sit notarius camere rectoris coadiutor et substitutus notarii camere antedicte prout ipsi rectori videbitur deputari. Tres alii vero ex dictis notariis deputentur et sint ad idem officium appellationum et cum iudice causarum appellationum antedicto. Quatuor ex dictis notariis deputentur et sint ad idem officium causarum criminalium. Tres autem alii notarii deputentur et sint ad scribendum in dicto officio causarum civilium cum eorum iudicibus. De reliquis vero notariis tres in quolibet dictorum presidatuum. nove

Septem iudices quorum quatuor curie generalis et tres presidatuum. Unus marescallus. Viginti quatuor notarii.

150 r

ad scribendum deputetur. Si autem in quocumque dictorum presidatuum viderit pauciores notarios sufficere possit Rector predictus quot expedire viderit deputare. Quilibet autem dictorum Iudicum curie generalis Marchie. Et advocatus fisci. Recipere et habere debeat a camera Romane ecclesie a generali thesaurario in dicta Marchia pro suo salario seu dispendio Centum ducatos auri pro quolibet anno sui officii pro rata singulis annis quibus servierint persolvendos. Et ultra dictum salarium sex ducatos auri singulis dictorum mensibus pro expensis. Reliqui vero Iudices presidatuum habeant salarium consuetum. Marescallus vero predictus recipere et habere debeat a dictis thesaurario et camera singulis in suo officio duas postas mortuas pro se sua familia et equo. Et sex ~~vivas~~ vivas videlicet pro sex armigeris equitibus quos bonos et probos et bene armatos et cum bonis equis continue debeat in suo officio retinere ad stipendium consuetum solvi stipendiariis ecclesie equitibus in dicta Marchia per eum seu pro ipsis stipendiariis pro tempore persolvendum. Notarii vero predicti preter consueta nichil a dicta camera pro eorum mercede percipiant neque ab aliis nisi prout in libro statutorum de salariis et mercede notariorum taxatum post decretum continetur. Dicti vero Iudices et notarii nullatenus sint de dicta Marchia oriundi vel incole vel habitatores continui nisi Rector cum aliquibus notariis presidatuum cum Iudicibus suis in causis civilibus tantum propter eorum fidelitatem et sufficientiam duxerit dispensandum. Et sic talis pervicacitas et parvitatis volumus tenaciter observari. Insuper nullus ex dictis Iudicibus vel notariis possit permanere continuando dictum officium ultra annum nisi cum eorum aliquo sive aliquibus pro eorum sufficientia et utilitate dispensatum officii pro secundo anno tantum et non pro maiori tempore dispensatum fuerit per Rectorem. Dictus vero Marescallus non possit per Rectorem aliquem deputari qui Rectori usque ad quartum gradum consanguinitatis vel affinitatis attineat. Numerus vero Iudicum et notariorum ceterarum aliorum Rectorum aliarum provinciarum. Et salaria ipsorum Iudicum et marescalchi eorum sint sicut actenus consueta. Et dictum predictam taxationem non excedat

De audientia danda et opera sua facienda per Rectorem. Rubrica XXI

Edidimus etc.

Bone memorie d. Bertrandus episcopus Sabinensis dum esset Archiepiscopus Ebreduniensis et frater eius Reformator predictus apostolicus deputatus inter ceteras constitutiones quandam edidit in hac forma. Cultum iustitie augeri potius circa personas insatiabiles appetentes. Et occasionem delinquendi et si non amore iustitie saltim pene timoris amarori Iudicis robore tollere cupientes Statuimus et ordinamus quod Rector saltim bis in septimana in aula vel aliquo loco publico pro iustitia reddenda sedere et querentibus presertim de officialibus et familiaribus suis publice seu privatim debeat exibere Nisi forte arduis impeditus negotiis interdum

Salarium Iudicum curie generalis Et advocati fiscalis salarium

Salarium marescalli

Salarium dictorum notariorum

Dictorum notariorum et Iudicum officium et annale et non ultra impetretur Et non sint de Marchia.

Marescallus non possit esse attinens Rectori etc.

150v

vacare ad talium causarum audientiam non valet. Quia constitutionem tamquam utilem volumus observari. Addicientes quod ipse Rector ambaxiatoribus terrarum et aliis personis provincialibus ad eum recursum habere volentibus pro eorum opportunitatibus exponendis facilem ut decet se prebeat et curet ipsos absque more dispendio quantum potest celerius expedire. Et singulis diebus veneris iudicem maleficiorum sive curie et suos notarios maleficiorum ad se convocet et in unum simul conveniant. Et ea die diligenter inspiciat et examinet omnes processus maleficiorum sive curie et eos qui sunt in causa expeditionis per sententiam absolutoriam vel condempnatoriam prout iustum fuerit absque tarditate et prorogatione temporis faciat expediri. Iudices vero Rectoris saltem diebus iuridicis et horis congruis ad banchum iuris reddendo quibus prout ad eorum spectat officium privatim sedeant. Et petentibus sine difficultate iustitiam administrent. Et lites quanto poterunt faciant breviores. Notarii autem cum suis iudicibus semper quando iudices ibidem sederint ad banchum iuris sedeant et assistant cum actis et scripturis opportunis ut possint ut convenit litigantium negotia expediri. Pena iudicibus x. l. pro qualibet vice. notario v. l. den. pro quolibet et qualibet vice qua contrafactum fuerit auferenda.

De vita et honestate et habitatione rectorum et suorum officialium. R[ubrica] xxvj

Egidius etc.

Quia ut iura testantur quibus plura committuntur plura honestatis et ponderositatis exiguntur ab eis. Statuimus et ordinamus quod Rector qui tam arduum gerit officium et sui officiales et familiares prout eorum statum convenit vivant et sub decoro congrue honestatis ab illicitis gestibus munerum concussionibus et extorsionibus abstinendo. Et predicti officiales ultra eorum salaria debita et provisiones in ipsis in hoc volumine ordinata recipere non presumant, nec quocumque velamine vel colore prohibita eis per constitutiones huiusmodi recipere audeant quoquomodo. Et quia ut iura volunt obsulenta et poculenta obfuscant corda iudicum. Ipsis officialibus dicti Rectoris et eorum familiaribus recipere per se vel alium atque per quoscumque dari eisdem penitus prohibemus. Volumus quoque quod Rector et sui officiales et familiares non cogant per se vel alios aliquem prevendere sibi granum vinum victualia cetera nec res alias. Sed solum emant quod eis expedit aut emere seu habere volunt a volentibus sponte vendere pro iusto pretio sicut alii communiter emunt. Pretio per eos venditoribus ante receptionem rerum effectualiter persoluto. Nisi reperiretur pro exercitio eorum officii in loco ubi propter malitiam vel ineptitudinem habitantium victualia hospitia et lecti et necessaria eis non invenirentur venalia. Tunc enim possint cum modestia et honestitate cogere habentes talia ad vendendum vel prestandum iusto pretio tamen ut premittitur persoluto. Rector quoque suos officiales et familiares honeste vivere et habitare compellat. Nec sinat eos cum dissolutione vagari. Vel ipsos in tripudiis lascivias et luxuriosas

contumelias prosilire. Nec aliquis qui non sit vere familiaris
Rectoris vel suorum officialium. Et semper continue non habitavit
sub ficto colore nomen huiusmodi familiaritatis adsumat. Nec sub
favore talis ficti nominis comissiones aut alia illicita subditis provincie
ferentis committat. Et familiares eorum non sint de provincia oriundi
unde nec incole seu habitatores continui. Non enim honestum
videtur quod aliquis sub pretextu familiaritatis huiusmodi gravatorum
acquirat vel gratias aut eorum provinciales opprimant quomodolibet.
Statuimus quod Rector non possit nec debeat alicui suo familiari
tunc vel qui antea suus familiaris fuit infra annum concedere aliquam
potestariam vel officium vicariatus vel alteri vocabuli in aliqua
terra vel loco ubi per Rectorem vel Ecclesiam potestas seu talis officialis ordinari
nari debet. Nec etiam talis officialis possit per aliquem eligi ad aliquod
officium in aliqua terra de predictis vel aliis. Ne forsan illis illicita
committentibus et subditis reclamare non audentibus eorum defectus remaneant
scant impuniti. Et subditi contra iustitiam reperiantur oppressi. Que
prohibitio in castellanis et custodiis roccharum et fortillitiorum non
vendicet sibi locum. Sed ad tales custodias possit Rector familiares
et alios fide dignos ut expedire viderit deputare. Predicta quoque
Rectori prohibita et eius officialibus et familiaribus. Pari ratione
et modo thexaurario cuicumque provincie et eius officialibus et familiaribus
esse volumus interdicta. Volumus et rata esse et firmiter observari
ari constitutionem domini Reformatoris predicti qua decernit quod nullus de provincia
vincia originem trahens seu larem domicilium ibi fovens vestes
seu raubas rectoris seu thexaurarii audeat accipere. Nec Rector
seu thexaurarius cum pretio vel sine pretio audeat sibi dare. Alioquin tam dans
quam recipiens ultra penam excommunicationis penam centum florenorum auri incurrere
volumus ipso facto. Et predicte prohibitionis receptionis et familiaritatis originalium
riginalium et incolarum provincie locum non habeant in cappellano si
quem Rector secum tenere voluerit nec in militibus personis quas addiscentes
vina misteria detinent. Sic etiam in molacteriis et sinatriis et fereteriis
ligna portigne. Coca Regattis et aliis similes ad quos prohibitiones
nes huiusmodi se non extendant. Rector etiam pro suo honore et habilitatione
exercitio sui officii possit secum in sua aula seu habitatione tenere
Iudicem suc curie ad maleficia deputatum. Et Iudicem ad causas civiles
vel alterum ipsorum sicut sibi videbitur expedire. Et pro expensis Iudicis
dicis quem sic secum tenebit et unius equi et unius famuli. Et
unius regatii recipiat Rector a thexaurario sex ducatos quolibet
mense de salario eidem Iudici deputato. Et quia aliquem ex dictis
Iudicibus vel ipsos ut predicitur dictus Rector secum tenuerit teneat
etiam cum quolibet dictorum Iudicum notarios ipsi Iudici ad suum officium
deputatos. Et eisdem victum exibeat ubi et potus pro quibus habeat
beat ipse Rector a dictis notariis quantam partem salariorum scripturarum
turarum suarum. Alii autem Iudices curie Rectoris. Et in predictis duo
qui non habitant cum Rectore, habitent in locis honestis et publicis
Et sui copiam faciant sicut decet. Et quilibet Iudex secum teneat
in eadem domo et habitatione omnes notarios ad suum officium deputatos. Et

ipsi notarii cum suo iudice ibi debeat continue habitare. Et vice ipsorum expensis
prout deputamus in iterum et sicut iudicis concordatum fuerit ordinatum. Volumus
etiam et mandamus sic in tractibus constitutionibus contineri. quod nullus dictorum notariorum pre-
sumat ludere ad taxillos vel aleas aut aliquem alium ludum prohibitum
sive barattarie in quo perdi vel res aliqua perdi possit. Et qui contra fecerit
in libris v. denariorum monete qualibet vice puniatur. ¶ Insuper cum officiales stipendiis
sibi assignatis et per eos acceptatis debeant esse contenti. Rectorem quoque et eius
officiales et domesticos remuneratoris gratiam decet honestate plena
expectare ¶ Statuimus quod nulla persona presumat muneribus promissionibus
vel aliis rebus aut factis corrumpere aliquem iudicem notarium advocatum
fisci vel quemcumque alium officialem vel domesticum ad aliquod officium ge-
nerale speciale. sive ad aliquorum executionem vel prosecutionem alicuius
negotii sive cause quomodolibet deputatum. Sed nec ipsi officiales fa-
miliares sive domestici aliquid recipere a quocumque sive vel sibi du-
rante iurisdictioni subiecto ¶ Qui contra fecerit officio suo sit ipso iure privatus
Et insuper pro quantitate vel re data vel recepta contra dictam formam que
non excedat valorem xx. sol(idorum) in decem libris denariorum monete qualibet
puniatur ¶ Et si fuerit valor a xx. s. supra pro qualibet libra valoris
illius rei in x. libris denariorum monete qualibet puniatur ¶ Item sequentem dominum
B. predictus Reformator ¶ Volumus quod notarii camere. rectoris et thesa-
urarii seu curie generalis rectoris officium sindicatus vel procuratoris
alterius alicuius promotoris negotiorum in se publice vel occulte assumere
non attemptent. Nec intercessores pro necessitatibus universitatum vel
singularibus personis existant. Alioquin ultra penam excessus quam incur-
rat ipso facto officio notariatus perpetuo sit privatus. Et de cetero in curias terrarum
ad aliquod officium nullo tempore possit adsumi. etc.

De officio quatuor iudicum curie generalis Mar-
chie. Rubrica. Rubrica xxvij

Egidius etc.

i Iudicum curie generalis Marchie. Officia et iurisdictiones, mo-
res soliti et constitutiones veteres in hac parte sequentes sic
duximus distinguenda. ¶ Iudex super spiritualibus cognoscat
de omnibus causis spiritualibus. Et de omnibus causis pertinentibus
ad forum ecclesiasticum. Et de omnibus appellationibus interpositis et interponendis
ad eum seu rectorem sive auditorem super spiritualibus provincie, ab
episcopis abbatibus. plebanis et quibuscumque prelatis. Rectoribus et clericis
a quorumcumque locorum regiminis commissorum Marchie. Et de omnibus aliis
que in constitutionibus tertii libri huius voluminis continentur. ¶ Iudex causarum cri-
minalium cognoscat de omnibus primis causis criminalibus mereque
mixtis tam mere quam mixti imperii perpetratores denuntiatores inquisitos
ad eum delatos. Et in hiis cognoscendis et terminandis secundum constitutiones in-
frascriptas in libro sexto in hoc volumine. Et maxime in quarto libro plenam
habeat potestatem. ¶ Iudex causarum civilium cognoscat de omnibus primis causis
civilibus que ad rectores vel ipsius iudicis audientiam devolvuntur

Et i[n] h[is] o[mn]ib[us] (con)g[re]sce[n]dis (et) t[er]mina[n]d[is] s[ecundu]m (con)stit[utiones] hui[us] volumus et
max[ime] quinti libri plena[m] i[n]telligat[ur] iurisdictio[n]e[m] h[ab]e[re]. Judex no[n] ap-
pellatonu[m] marchie h[abe]at potestate[m] (et) iurisdictio[n]e[m] (con)g[re]sce[n]di (et) t[er]mi-
nandi ca[usa]s om[ne]s appella[ti]o[n]u[m] (et) nullitatu[m] q[ue] i[n]t[er]ponu[n]t[ur] ad eu[m] vel
Rectore[m] sup[er] t[em]p[or]alib[us] a judice malleficior[um] judice civiliu[m] p[ro]curator[e],
et a judicib[us] p[re]sidalib[us] et co[m]itat[us] (con)tra[ct]a[m] Urbini (et) comitat[us] (con)tra[ct]a[m] fam[ulis].
et a judicib[us] ... Et o[mn]ib[us] potestatib[us] judicib[us]
Rectore (et) officialib[us] massarie tribus Et o[mn]ib[us] potestatib[us] judicib[us]
(et) officialib[us] quor[um]cu[m]q[ue] locor[um] regim[in]i rectoris provincie (com)missor[um]. Et
i[n] o[mn]ib[us] (et) s[ingu]l[is] que (con)p[re]he[n]d[un]t[ur] i[n] (con)stitutio[n]ib[us] h[is] volumus (et) maxi[me] p[re]se[n]ti
i[n] vi[o] libro plen[ius] (con)tinet[ur]. Constitutio[n]e[m] (et) qua[m] dudu[m] edidit p[re]fat[us]
D. B. Reformator observari au[tem] nolum[us]. Cu[m] hec s[i]t i[n]hib[ita] ...
cu[m] indecens s[i]t promiscuis actib[us] re[rum] turbari officia p[re]torum
cu[m] indece[n]s ... judicu[m] quib[us] e[st] honor debit[us] referend[us]. Q[uo]d t[ame]n e[st] (con)tingit cu[m]
alij editu[m] seu co[m]missu[m] offici[um] alteri[us] s[u]b reptitia i[m]petratione
vel i[m]portunitate precu[m] exerce[n]t. Nos volentes q[uod] q[ui]l[ibet] judicu[m]
maioris curie s[ibi] hon[ore] suu[m] portare debeat (et) (com)missu[m] s[ibi] officiu[m]
studeat exercere q[uod] se alt[er]i[us] officio no[n] i[n]misceat nec se s[in]e cu[m] ronabili
i[n]tromittat. Eade[m] aucte statuim[us] et ordinam[us] q[uod] cu[m] ca[usa] civiles seu
criminales cui[us]cu[m]q[ue] (con)dictionis existat (et) ad cog[ni]tione[m] examinatio[n]e[m]
(et) decisione[m] quor[um]vis judicu[m] curie s[ecundu]m modu[m] suu[m] (et) iurisdictio[n]e[m]
eid[em] a Rectore (com)missa[m] de sui na[tur]a debebat (et) poterit p[er]tinere
p[er] Rectore[m] provincie alteri iudici vel t[ertio] ... p[er] nullaten[us] (com)mittat[ur].
Nisi forte judex ille ad que[m] ca[usa] (con)gnitio p[er]tinet p[ar]tib[us] aut alteri
ear[um] e[ss]et suspect[us] aut de eo p[er] i[m]pedimentu[m] i[n]firmitatis aut ab-
se[n]tie i[n] provincia se no[n] possit seu (com)missio p[er] Rectore[m] alij fienda de par-
tiu[m] voluntate p[ro]cessit. [I]te[m] adtendentes q[uod] neq[ue] ratio[n]i (con)so[n]at
neq[ue] iuri q[uod] judex ad que[m] aptib[us] ... percipiendi iustitia deb[eat]
accedi converso ordine ad p[ar]tes p[er]sonaliter que p[ro]p[ter] (com)missa malitia se
reddat i[n]dignos veniant se p[ro]p[ter] hoc ubi maior tenet i[n] malor[um]
quor[um] ca[usa] ibide[m] agit[ur] p[re]iudiciu[m] (et) i[m]pedime[n]tu[m] iustitie ab-
sentando. Eade[m] aucte statuim[us] (et) ordinam[us] q[uod] (con)tra q[ui]cu[m]q[ue] aliq[ue]m
seu aliq[ue]s cui[us]cu[m]q[ue] stat[us] seu (con)dictionis existant deferri accu-
sari seu denu[n]tiari vel (con)t[ra] eos ex officio procedi de quo vis cri-
mine pu[bli]co vel privato ad exam[en] curie Rectoris provincie seu ju-
dicu[m] suor[um] quol[ibet] p[er]tinet. Judices maioris curie seu p[re]sida-
tuu[m] ad locu[m] delicti seu p[er]sonas que de delictis culpabiles
adsunt. Nullaten[us] nisi ex magna (et) evidenti ca[usa] arbitrio
Rectoris et cu[m] thexaurari[o] (et) judicu[m] (con)silio ip[s]or[um] determinanda
valeant p[er]sonaliter accedere. S[ed] si sup[er] co[m]missis delictis aliqua g[e]n[er]al[is] vel
sp[eci]al[is] su[m]maria vel al[ia] p[ro]ut Rectori seu judici videbit[ur] i[n]forma-
tio fu[er]it facienda, Un[us] seu duo notarij ydonei (et) fideles ad re-
cipiend[um] i[n]formatione[m] h[uius]mo[d]i Et p[ro] scribendis delatore[m] bonis (et) alijs
que occurrent p[er] Rectore[m] seu judice[m] tra[n]smittat[ur]. Et qui crimi-
nosi seu culpabiles adsunt de crimib[us] de quib[us] civitates vel
loca iurisdictio[n]e[m] no[n] h[abe]nt p[ro] subeunda iustitia ad maiore[m] curia[m]
veniat. Et p[er] potestates Rectores (et) regimina t[er]rar[um] ad ip[s]a[m]
maiore[m] curia[m] (et) judices s[u]b debita custodia tra[n]smittat[ur]. Si no[n]

Q[uod] om[n]es iudices appellationu[m] ...

Q[uod] nullus judex se de officio alterius intromittat, nisi ex causa ut hic et in ...

Q[uod] judices maioris curie vel p[re]sidatuu[m] no[n] accedant ad loca delicti p[ro] ... formationib[us] ... vel p[ro] ... potestates ... officialium ...

152v

Potas rectores q regiminis terraz ubi malefactores seu delati
latitaret seu moraret' continuo ul' i illo tpre i quo ipi officiales
p dcos rectores ul' existent requisiti no curarent ul' iniuste dif
ferrent delatos h'moi ad ptatis cur maiore sbficit custodia tra
smictere q psonalit' exibere extunc ipo fco. Potas rector q re
giminis smaz excois icurrat. Et tra ubi delata h'moi fuint
requisiti ecclastico sit sppositu iterdco. Et nichilominus icur
rat pena mille floz auri Cam. Ro. ecc. applicad'. Insup q
contigit i terduz i firmitatis necessitas ul' absentie ul' alteri'
iusti ipedimenti pp qd quicq3 dcoz Judicu i suo offo p'senti
aliter i loco cur s'uire no posset. Statuz q tuc alter ex
eis ul' advocat' fisci possit tene locu ab [illegible] a loco cur ul' ut
pdratur ipediti, quec ipe p'ncipal Judex cui' loc' tenes est p
rector ad id duxerit ordinad'. Et ad plena pbatoz h'modi
locu tenet deputatis sufficiat si notis actoz i quocq3 actu q
penz fieret i sua scriptura uocet seu appellet cu locutenet'.
Et si alit' de comissi h'moi no gstaret. Volum' tn q si ab
sentia ul' ipedimentuz h'moi fuit Judicis maliioz mi'
XXX. dieb3 Et locutenes no possit iteriz smaz absolutoriaz
ferre de cmin nec teste i ca cmis publicare. Et pdci et
locu h'nt i Judicialib3 alioz rectoz dcaz pruciaz in x
officiis p rectorez ipoz cuilib3 ad tributuz.

De officio iudicum p'sidatuum. XXIIII

Eisdem rc.

Pro comoditate provincialuz ut facili' gsequantur
iustitia cu ea possit a plurib3 i ucire ab antiquo
extitit ordinatu q ab i de gtinue cosuetu. officium
Judicuz p'sidatus Marchie ad quoz i ipis p'sidatib3 officiu
q iurdictioz ptinet cognosce q t'minare criminales q ci
uiles p'mas cas pcedendo q sntiando sm form constit' sicut
Judex cur marchie g'nal'. Uez q2 decens q iuri gsonu e
q maiores cae q ardue ad maiore cur referat'. Et etia
litigatiuz expostat utilitas q ardue cae q graues ventil
lentur i auditorio i quo i ueit' copia pitoz. Statuim'
q cae dnij seu iurdictois castroz. Et cae gteptioz territo
rioz int' civitates ul' castra. Et cae vassalloz q homa
gioz. Et cae Jurdictoz ul' p'iulioz q p'tederetur g ecca3
et ap'3. sedem ul' cur rectoris q suoz officialiu. Et cae loz
Cam. gfiscatoz. Et p'tendentiu ius i reis. Et cae i te fisci
a p'uatium seu coitates Non p ipos p'sidatus Judices. S3 per
rectore ul' suos Judices g'nales ad quos ptinet cognoscat'. Et
t'minentur.

Bertrandus etc. episcopus Sabinensis dudum tunc archiepiscopus
Ebredunensis et reformator in suis constitutio
nibus ita dixit.

Item eadem auctoritate statuimus et ordinamus quod iudices presidatuum
de criminalibus atrocibus et capitalibus ad eorum examen de
ductis vel imposterum deducendis possint cognoscere et plene exa
minare usque ad diffinitivam sententiam exclusive. Sententiam ve
ro aut absolvendo vel condempnando nullatenus valeant nisi rectore pri
mitus requisito. Qui rector iuxta suum beneplacitum causam huiusmodi
criminalem ad se seu maiorem curiam revocabit vel iudicibus predictis
remittet et dimittet finaliter terminandam. Alias autem causas prefati
iudices indistincte audiant et decidant et debite exequantur.

Idem Bertrandus reformator ita statuit.

Item eadem auctoritate statuimus et ordinamus quod iudices presidatuum
predictorum super delictis ad eorum examen deductis nullam tran
sactionem seu compositionem possint facere vel recipere penam
pro delicto debitam remictere rectore et thesaurario inconsultis.
Sed cum transactio compositio vel remissio eisdem videbitur facienda
in hiis penis et delictis in quibus per iuris constitutiones non est certa pena
limitata, predicti rector et thesaurarius cum plena informatione
negotii conscientiam facere teneantur.

Napoleo tituli sancti Adriani diaconus cardinalis apostolice
sedis legatus, rector Marchie etc.

Quia quod appellationibus queritur facile invenitur. Et cum illis lo
cis cause graves et ardue sint tractande ubi copia iuris
peritorum existat, hoc presenti prohibemus edicto quod nullus particu
laris iudex preter rectorem in aliquo presidatu constitutus provincie Marchie
audeat vel presumat de aliqua causa appellationis cognoscere si fuerit
ab aliqua sententia vel processu civili vel criminali excedentibus summam
xxv librarum denariorum Ravennatensium seu cuius extimatio vel de aliquo gravamine
cuius interesse videatur excedere dictam summam. Sed de ipsis causis
sive processibus de quibus fuit appellatum que predictam summam sive
summe extimationem excederet ad rectorem vel suum iudicem appella
tionum seu ipsorum alterum recurratur. Et nichilominus et in minimis
causis que nec dictam summam excedunt possit iudex appellationum cognoscere
et iurisdictionem habeat in eisdem. Et ad eundem et sententia curie possit libere
appellari prout ipsi appellanti placuerit et videbitur expedire. Et
processus facti coram iudice presidatus contra formam presentis constitutionis nullius
firmitatis existat.

Con. li. 2.

Eodem rubrica

Addicionem constitutionis precedentis que ubi in summa xxv. librarum talis
in redicto coarctatur usque ad quinquaginta libras denariorum
eam duximus extendendam.

De officio ~~marescallialis~~ marescalli. 25

[illegible]

Eodem rubrica

Marescalli est decens et expediens officium declarare et quidquid ad eius curam spectet presenti constitutione monstrare. Tenetur namque ipse marescallus executiones sententiarum et condempnationum latarum super criminibus ad penas criminales personales vel reales facere per se vel alium prout expediens fuerit ad requisitionem seu mandatum rectoris seu judicis condempnantis vel suorum in officio successorum. Aut et ad requisitionem thesaurarii de condempnatis tamen personas apud ipsum thesaurarium existentibus. Et exbannitos et condempnatos et malefactores persequi capere et capi facere iuxta posse. Ad requisitionem predictorum vel aliorum eorundem. Et alias executiones in rebelles vel inobedientes facere que sibi ex iusta causa imposite fuerint per rectorem. Et quotiens pro predictis accesserit extra terram residentie curie domini rectoris vadat cum licentia domini rectoris continente causam pro qua mittitur declaratam. Et non ducat secum ultra tres equites et sex pedites expensis alienis et non amplius. Nisi negotium sive maleficium pro quo mittitur esset arduum. Et contra potentes homines vel comitates de quibus sit verisimile quod ad illud in illos eos expediendos dominus marescallus non sufficiat cum equitibus et peditibus antedictis. Quo casu rector augere numerum equitum et peditum ducendorum moderate tamen prout opportunitas negotii exiget bona fide et conscientia super quo ipsius rectoris conscientiam honeramus. Et mittens quem ordinandum tunc duxerit in dicta commissione littera declaret. Et cum ipsum marescallum propterea pro ipsis de terra foraneis et in similium aliquam partem propterea contingerit, possit recipere singulis diebus sui accessus more et redditus viii. anconitanos de argento pro suo et sui equi salario et expensis. Et pro quolibet equite quem secum duxerit desuper vel habentibus stipendium ab ecclesia duos anconitanos de argento. Et pro quolibet equite stipendium non habente quinque anconitanos de argento. Et pro quolibet pedite stipendium non habente duos anconitanos de argento. Et ultra aliquid pro expensis vel salario vel reclamatione alio ullo modo non possit petere recipere vel habere. Que salaria debeant illorum in quos per executorem marescallum vel eius locumtenens aut notarium mittitur sive sit comitas sive singularis persona. Quando tamen mittitur in singulares

[illegible]

[illegible]

personas non propter licet comitatus. Nichil tamen sibi solvat pro sa-
lario vel expens. Et si tunc qui iter pro delicto sive inobedientia civitatis vel
pro singularium personarum non invenirent de bonis ipsorum Thesaurarius de
pecunia Camere pro qua iter ipsa salaria solvere teneatur. Et qui
contra plures singulares personas accederit ut predicitur et fit executio in
eadem civitate vel castro seu territorio, pro omnibus pro rata
dicta salaria persolvat nec propterea Marescallo ab executore
quicumque accipiat. Et nec marescallus qui ipse perso-
naliter non accedit presumat quicquam accipere etiam si spon-
te offerretur. De officio et mercede nota-
riorum camere rectoris et sui sigilli. R. 26

Egidii 27.

Cupientes nullas fieri exactiones illicitas, et maxime per
existentes circa rectores sicut plures factum esse percepimus
salaria scripturarum notariorum Camere rectoris et solutiones
pro sigillo eidem rectoris taxamus et limitamus ut infra sequitur
Mandantes ipsis notariis et ipsum sigillum tenentibus ut nullo modo
aliquid ultra ipsarum taxatorum recipere audeant. pena unius flo-
reni auri pro quolibet et qualibet vice qua fiet et ad restitutionem
eius quod accepit in quadruplum per rectorem effectualiter compellatur. Sy
primus.

Pro litteris et sigillo Capitanie sive rectorie Masse Tre-
barie et terrarum Sancte Agate. quatuor flor. auri.

Pro litteris et sigillo officii marescalli vel officii Judicis
causarum generalis vel presidatus vel officii advocatoris fisci vel officii
procuratoris Camere ad negotia vel officii Judicis comitatus ycam
fani seu cuiuscumque officii expeditis et quolibet predictorum littera et
sigillatura. duos flor. auri pro quolibet.

Pro litteris et sigillo potestarie cuiuslibet Civitatis vel terre de
maioribus vel magnis — duos flor. auri.

De parvis vel de minoribus — medium flor. auri.

Pro litteris et sigillo cuiuscumque cancellarie presidatus et comitatus
predictorum — unum flor. auri.

Pro notariis Camere notarii thesaurarii — tantundem

Pro litteris et sigillo cuiuscumque notarii curie generalis vel presidatus
vel comitatuum predictorum — unum flor. auri.

Pro litteris et sigillo cuiuscumque dispensatoris officii unum
flor. auri.

Pro litteris et sigillo securitatum cuiuslibet et hominibus alicuius Civi-
tatis vel terre de maioribus et magnis — unum flor. auri.

De mediocribus. — x. anc. de argento.

Con. h. 2.

Pro licteris et sigillo concess. represaliarum

De prius vel minoribus — iij. anc. d'argento.

De licteris et sigillo securitatis alicui per singularis — duos anc. de argento.

Pro licteris et sigillo concess. represaliarum —

Pro comitatu — duos flor. aur.

Pro singulari persona — viii flor. aur.

Pro licteris et sigillo auctoritatis precepti. — iiij^or. anc. de argento

Pro littera duplici et sigillo committentis institutum alicui procedere duos ancon. de argento.

Pro licta et sigillo licentie de hedificando vel reparando castra ———— duos flor. aur.

Pro littera et sigillo gratie confirmatoris Iudeorum. — iij. flor. aur.

Pro littera et sigillo licentie que datur questuariis — ij. flor. aur.

Pro littera et sigillo mandati quod supersedeatur in aliquo processu et de consensu thexaurarii. — iiij^or anc. de argento.

Pro littera et sigillo mandati quod gratis tollatur processus contra singularem personam facta. — iiij^or. anc. de argento.

Si facta fuit universitate — x. flor. aur.

Pro littera et sigillo diminutionis fumantium per q'ta fumantium diminuto — viii flor. aur.

de salario appellat.

De littera et sigillo super appellationis importatione ad rectorem — ij. anc.

Pro exibitione appellationis predicte in publica forma — j. anc.

Pro importatione et registratione appellationis qui imponuntur coram rectore. — iij. anc.

Pro iustitie commissionis cuiuscumque cause. — ij. anc.

Pro licteris et sigillo concesse executionis que fierent per rectore ad instantiam alicuius. — iij. anc.

idoneam cautionem p(re)stiterit et satis fecerit congrue de ex-
pensis p(re)dictam tenutam recuperet et lis suo marte decurrat
Alioquin post spatium duor(um) mensium quos a tempore dicte immission(is)
intelligamus co(m)putari. Creditor auct(oritat)e curie vel iudicis
vocato debitore qui venditioni si voluerit assistat ven-
dendi rem illam p(ro) debito et expensis liberam h(ab)eat faculta-
tem t(ame)n s(e)c(un)d(u)m co(n)stitutionem p(er)missam de vicesimis dierum cum t(er)mino
tamen dier(um) faciendi. Et si emptor ydoneus ip(s)i rei no(n)
i(n)veniret seu no(n) obtulerit se ad emendum det(ur) creditori
s(ecundu)m extimatione(m) p(er) iudicem vel p(er) eum quem ad hoc duxe-
rit deputandum p(ro) debito in soluto. Nisi ip(s)e debitor ante
venditionem vel dationem in solutum p(re)dictam tenutam re-
cuperaverit solvendo debitum et expensas. Et hoc intel-
ligimus in tenutis q(ue) assignant(ur) p(ro) debito q(uo)d summa(m)
50 libr(arum) no(n) excedat. Si aut(em) maior q(uan)titas fuerit tunc
s(ecundu)m arbitrium iudicis maior dilatio concedat(ur). Vel si ma-
luerit creditor ponat(ur) in banno debitor arbitrio curie
mo(di)b(us) o(mn)ib(us) sup(ra)dictis. Si aut(em) no(n) i(n)veniat(ur) ubi possit
capi tenuta in co(n)tinenti facta relatione executionis

possit poni in banno arbitrio curie de quo nunquam exire po
ssit nisi concordaverit secum creditorem et ante ipse credi
tor possit constringi personaliter et detineri prout iudici vide
bitur expedire. Et si non invenitur tenuta et iudici videbitur
contineri et eo non comparente in termino citationis possit poni
ad exbannimentum. Ex quibus exbannimentis solvantur capita so
ldorum quemadmodum in pronuntiationibus dimittendo in
possessionem. Communitas autem seu universitas vel baro vel
alius in cuius iurisdictione seu districtu res tales fuerint
teneatur missum mittere in possessionem tueri et non impedi
re alioquin iudicias et sic curie arbitrio puniatur. Si vero te
nuta data fuerit mittatur in talis teneatur is cui tenuta
data fuerit facere denuntiari seu notificari per literas in-
dicas qui ipsam detinet vel alicui familie contra quem ipsa tenu
ta data fuerit infra octo dies post assignatam tenutam
post quos dies si infra sex menses ipsam tenutam non redi
merit tunc is cui data fuerit verus efficiatur possessor.
Item statuimus quod illi cui per iudicem data vel assignata
fuerit tenuta aliqua seu pronuntiata. Et per adversa
rii sui potentiam ipsam apprehendere vel apprehensam pa
cifice possidere seu tenere non potuit maxime de immobili
In quibus probatio sufficiat per quatuor testes de fama
eodem iure gaudeat. Et eidem in omnibus subsequatur effectu
in cuius favorem res tenutam ipsam vere et libere possideret
et seu tenuisset. Si vero reus non fuerit contumax set
comparuerit per se vel legitimam personam tunc secundum ... con
stitutiones in causis per condemnatis et ubi constitutiones
ipse deficerent secundum iura communia procedat. Quod in causis
ubi petitur reintegratio possessionis procedatur
summarie. Rubrica. 149
Item quod in omnibus et singulis causis ubi coram rectore vel
quocumque suo iudice ordinario vel delegato petitur
restitutio seu reintegratio possessionis possit procedi sum
marie et de plano ac sine strepitu et figura iudicii. Vo
lumus tamen quod in omnibus causis principalibus delegatis et delega
dis solvant camere salaria secundum capita soldorum sicut
in aliis causis non delegatis. De procuratoribus constitu
endis per tutores et curatores. Rubrica. 150
Item quod quelibet persona que ministraret negotia alicuius
cum domini licentia constituere actorem ad causas sed
si tutor vel tutrix et curator et vellet constituere pro
curatorem nomine pupilli vel adulti vel alterius cuius curam

209v

vel tutelam administraret. Sic vero dominus ad causas (?)
rad substituendum in quibus liberis eius competent in
provincie curia generalis. De prohibito officio
procurationis et sindicatus iudicis. R(ubrica). 151
Item prohibemus ne iudex aliquis in aliqua causa civili
vel criminali vel mixta ut sindicus procurator vel defensor
pro alio admictatur. Et repellat officio et sic pro iudice quoad
ea sibi commisso vel socio intervenit. Et si quid per iudicem
alieno nomine in iudicio factum fuerit non valeat ipso iure. Et
christianus qui pro iudice vel assessore fuerit in iudicio procura-
tor teneatur in alia pena irrogata de calumpnia et malitie iura-
mentum prestare. Et super positionibus et interrogationibus re-
spondere non obstante quod principalis vellet respondere vel respon-
disset. De exceptionibus que non impediunt litis in-
gressum et refutantur. R(ubrica). 152
Statuimus quod nulla exceptio peremptoria dilatoria vel de-
clinatoria vel alterius cuiuscumque generis que opponetur in futurum
vel iam opposita est coram rectore provincie vel quocumque
suo iudice ordinario vel delegato in quacumque causa ordina-
ria vel extraordinaria civili vel criminali vel cuiuscumque generis im-
pediat vel retardet litis ingressum. Sed in ordinariis
litiscontestationibus et in summariis cognitionibus negotii prin-
cipalis et dationem termini ad probandum. Et predicte ex-
ceptiones omnes de quibus dictum est quod non impediant litis
ingressum vel processum si opposite sint vel fuerint ante
presentis constitutionis intelligantur esse et sint refutate
in processu cause cognoscende probande et terminande post
litis contestationem vel dationem termini ad probandum una
cum negotio principali. Salvo si esset exceptio que opponeretur
in personam intervenientem in iudicio nomine alieno dicendo quod
negaret habere mandatum quo casu si non produceret aliquod
mandatum per eum qui vult admicti in iudicio non admic-
tatur sine mandato nisi in casibus iure permissis. Si vero pro-
ferat cum produceret instrumentum in forma publica et debita figura
quo contineatur mandatum quod videatur in forma speciale
et quod videatur scriptum manu alicuius notarii le-
gitima et quod videatur scriptum manu alicuius notarii de
provincia illa et in ea degentis vel domicilium habentis sub-
sumat potestatem in scrinio et prodat in causa tamquam cum legi-
timo non obstante quod negaretur vel opponeretur illum qui
scripsit non fuisse notarium vel non scriptum manu eius qui dicat
scripsisse vel non fuisse iudicem vel officialem eum qui dicitur
interposuisse vel iudex auctoritatem tutele cure vel manum
interposuisse vel opponens talem auctoritatem fuisse pravatum vel inhabi-
lem. Et nisi iudex dicte cause cognoscenti videretur tale in-

strumentum non esse dignum fide, seu eadem instrumenta non esse
pertinentia ad mandatum vel ad legitimationem man-
datorum vel contra dictas auctoritates non admittant. Sed relaxa-
tur omnino. Nisi opponens iuret corporaliter in
animam suam quod illas non calumnie non opponit. Et deinum
debeant probare et terminare infra tres dies post opposito-
nem aliter habeantur pro non oppositis. Et per predicta aut non pre-
iudicetur illi contra quem talia instrumenta producuntur quin per
dicta instrumenta possit accusari de falso et tam tales accusa-
tiones peragi et quamvis non suspendant primus processus.
Sed si convinceretur instrumentum de falso per sententiam secundum
super accusationem falsi condemnatoriam invalidentur omnia gesta
per instrumentum illius instrumenti. Et pars producens si deponet ad mit-
tere. Et nihilominus ut convictus dominus falsitatis puniatur. De pre-
scriptione sex annorum contra instrumenta iudeorum et usurariorum 153

Notoria fama et multorum conquestione percepimus quod mul-
ti iudei et alii usurarii usurarios contractus extorquen-
tes variis titulis necdum per eorum notariorum scripturam
exigunt et usuras. Sed et post aliquod tempus elapsum mo-
tuo forsan debitore qui solvit vel ipso vivo non valente
remissionem vel solutionem ostendere quam confidenter absque testi-
bus fecerat iterato exigunt iam solutum. Huic morbo
volentes convenientem adhibere medelam statuimus quod ex
contractu iudei vel alterius quod usurarii quod producetur in iudicio vel
forsan probaretur per testes ultra sex annos a die initi contractus
tales iudeus seu usurarius nullum consequatur effectum.
Contra ipsum sex annorum prescriptionem concedimus incohandam
in contractibus celebratis ab hodie et in futuris a die contractus etc.
¶ Et et si non opponatur iudicis officio contractus huiusmodi repellatur
et viribus careat. Qui autem sint iudei et qui usurarii ma-
nifesti vel non manifesti sufficiat in qualibet causa necdum
plena et exacta hominis probatio. Sed et sola fama probata per
testes quatuor fidedignos. De responsione facien-
da positionibus etc. 154

Positionibus omnibus et singulis que fierent in causis civilibus pre-
stito iuramento a parte ponentis quod eas non calumnie
non ponit, et credit eas veras et pertinentes ad causam in
qua ponuntur respondendum pars adversa teneatur et compellatur
per iudicem, non obstante quod allegaret vel opponeret ipsas
esse impertinentes. Iudex tamen possit et per se refutare quod si non
sit pertinentes et ipso in nullo preiudicet et habeat pro non facta
¶ Salvo quod si iudex viderit positionem manifeste impertinen-
tem seu calumniosam et quod non esse ridendum, possit si
sibi placuerit partem contra quam ponitur relevare a responsione
predicta. Et omnibus positionibus quibus videatur iudici esse

Exceptio falsi opposita [illegible]

Quod debitum usurarum [illegible]

Quo probentur isti usurarii [illegible] de usurariis

Sed eadem ratione et si videntur dicere esse impertinentia

210v

reissum vel respondendum, debeant respondere, an quod osten-
datur advocato vel alteri persone, nisi solum respondentes
qui tenentur respondere statim positionibus sibi lectis vel
ostensis. Nisi iudex viderit super aliquibus de quibus pars
dubitaret dare terminum ad respondendum. ¶ Statuimus et quod
si quis fuerit bis per iudicem requisitus ut veniat ad respon-
dendum positionibus et non responderit in termino sibi dato,
tales positiones habeantur pro confessatis ipso facto sine alia
pronunciatione. ¶ Volumus et quod in omnibus questionibus maxime
civilibus et criminalibus possint fieri positiones, que non tan-
gant dictum crimen, et eis debeant respondere, sic in causis
mere civilibus. ¶ De cavillosis seu calumniosis excep-
tionibus refrenandis R[ubrica]. 155

Exceptiones cavillose, frivole seu calumniose nullatenus op-
ponantur, et maxime per quas negetur paternitas, filiatio,
fraternitas, procura vel posse procuratoris vel cuius manu in-
venitur publicatum instrumentum esse notarii vel alia similia. Et si hu-
iusmodi exceptiones invenerint non vere sed calumniose sta-
tim hoc ipso opponens de facto condempnetur advocatus parti in expen-
sis reficere cum effectu, appellatione remota. Et in x. libr. den. ca-
mere condempnetur. ¶ Et quando iudex videbit quod tales exceptiones
sint calumniose, statim possit tales exceptiones reicere
et eis non obstantibus ad ulteriora procedere prout videbit conve-
nire. ¶ Que forma sit servanda in alienationibus
rerum minorum R[ubrica]. 156

Ut minorum facultates modis omnibus convenientibus rebus perdi-
tionibus succurratur ne in eorum gestis et negotiis valeant
dampnificari, quamvis legibus sit amplissime sancitum
et ex[pressum] Statuimus et hac presenti constitutione firmamus
quod donationes, alienationes, venditiones, concessiones, ces-
siones et quietationes quarumcumque rerum, actionum vel actionum
[?] vel iurium sive quarumcumque forma contractus vel ubicumque a pupillis seu ad-
ultis sine decreto corporaliter presito aut cum ipso decreto
et ab ipsis consanguineis propinquioribus sensu duorum vel trium proximiorum
consanguineorum si extant vel saltem affinium si consanguinei
non extiterint, et sine decreto competentis iudicis et in sinua-
tione facienda in actis cum quibuscumque universitatibus col-
legiis et communitatibus et quibuscumque personis specialibus facte non va-
leant nec aliquatenus celebrentur. Et si facte vel celebrate
fuerint non observatis sollempnitatibus omnibus supradictis, presu-
mantur et fingantur dolose facte et nullam optineant firmi-
tatem. ¶ Et nichilominus contrahens cum minore contra formam sup[ra]-
ius adnotatam iudicis arbitrio puniatur.

fictijs vel dolosis

¶ De simulatis contractibus. R[ubrica]. 157

Cum iure [fictis] plus valeat quod in veritate agitur

quod simulatis concipit. Ad reprimendas fraudes et malitias
procuratorum contractus non veros simulatos et fictitios seu pro appo
dium celebrantium. presenti constitutione duximus ordi
nandum quod nulla civitas communantia universitas vel que
vis alia specialis persona per eos tales contractus simulatos fictitios
vel dolosos inire vel facere audeat vel presumat. Nullus
que ex ipsis contractibus vel promissionibus vel obligationibus seu conventioni
bus quibuscumque tanquam iure cessatis possit agere vel
aliquatenus experiri nec ex ipsis emolumentum vel dam
num aliquid in personis vel rebus aliquibus sequi possit. Et si
quid ex predictis contractibus per aliquos vel aliquem receptum fue
rit vel optentum ad ipsos contractus rescindendos cum receptorum
et optentorum restitutione tales contrahentes summarie sine
cause cognitione et sine strepitu iudicii compellantur. De quibus
simulationibus fictionibus et fraudibus et quolibet predictorum per
evidentia et verisimilia indicia que animum iudicantis mo
veant cognoscatur et finiatur consideratis locorum temporum personarum
conditionibus qualitatibus et ceteris similibus circumstantiis. Contra
facientes autem huiusmodi obligationes recipientes vel rem pro ma-
dantes fictitie seu simulate si ipsum contractum vel obligationem
in fraudem promittentes seu contrahentes alterius negaverit
simulate seu ficte receptum seu recepta vel factum in quadru
plum ac plus usque ad valorem quantitatis seu rei in
contractu vel promissione deducte iudicis arbitrio puniatur.

Quando contractus cognoscatur simulatus et fictus

Pena facientium contractum fictitium vel simulatum

**De non faciendo contractum cum illo cui fuerit inter
dicta bonorum administratio per iudicem. R. 158**

Ut fraus via tollatur fraudibus statuimus quod nullus faciat
aliquem contractum cum aliquo cui per aliquem iurisdictio
nem habentem interdicta fuerit administratio bonorum suorum
absque licentia iudicis competentis iurisdictionem habentis. Et
non contractum existit vel fieri mandatum fuerit contractus
ipse nullus sit momenti. Et nihilominus fraudis si fuerint in
tantum quantum est quantitas vel valor rei in contractu deductus
si ignorarent mitius iudicis arbitrio puniantur.

Pena contrahentis cum illo cui bonorum interdicta est

Ne clerici ad procurationem admittantur. R. 159

Nulla civitas communantia comes vel baro seu quis alia persona
clericum sindicum vel procuratorem constituat nec ad defensionem
vel procurationem aliqua admittat nisi in causis a iure concessis. Et
si factum fuerit ex nunc decernimus non valere.

Quod clerici non procurent in curia secularium

**De actis et instrumentis productis quando restituantur dato
termino ad accipiendum copiam. R. 160**

Actis et instrumentis et quibuscumque scripturis productis in iudi
cio iudex curie quicumque ad petitionem producentis teneatur
dare ad instantiam partis terminum convenientem ad accipiendum copiam

211v

depredictis vel producti. Et termino elapso parti producenti ad eius petitionem nouius cause producta registrari et restituere teneantur sub pena sex flor. auri. Et iudex cause teneatur sub pena dari dampnum termini et cogere notarium cause ad restitu(e)ndum predictum. Et hoc locum habeat in causis ciuilibus criminalibus et spiritualibus et in omni genere causarum.

Explicit liber quintus constitutionum et incipit sextus et primo.

De officio et iurisdictione iudicis appellationum et quod ad ipsum et rectorem possit libere appellari. R. 161

Antiquis constitutionibus iuri consonis et ab antiquo fuerat extitit ordinatum. Et ad rectorem prouincie et eius iudicem generalem super appellationibus possit libere appellari ab omnibus et singulis potestatibus capitaneis iudicibus et officialibus quarumcumque ciuitatum castrorum et locorum ipsi rectori et ecclesie immediate commissorum comitibus baronibus et iurisdictionem habentibus communitatibus collegiis et uniuersitatibus. Et a quibuscumque communitatibus collegiis. Et a quibuscumque grauaminibus quibuscumque arbitris et arbitratoribus. Et a quibuscumque iudicialibus et extraiudicialibus siue a quibuscumque oppressionibus iudicialibus et extraiudicialibus ipsi rectori quomodocumque impedimentis vel obstaculis et aliis iudicibus ipsi rectori tam generalibus quam specialibus. Et de nullitate omnium processuum quam de in integrum restitutione postulare. quod dicimus posse valeant de predictis omnibus et singulis contra sententias et diffinitiuas. Et in predictis omnibus et super omnibus contentis in constitutionibus in hoc sexto libro in hac parte intelligatur iudex competens ordinarius non obstantibus obstaculis quibuscumque. Quod non appelletur ad papam obmisso medio et quis cognoscat de appellationibus interpositis ad rectorem. R. 162

Bone memorie dominus Bertrandus episcopus Sabinensis dum esset archiepiscopus Ebrudinensis et reformator specialem commissionem ab apostolica sede habens constitutionem quandam edidit in hac forma: Ad finem in posterum litibus imponendis ac nolentes per appellationum vel appellantium diffugia sed per stand...

Nota apud rectorem prouincie et eius iudices generales possit a quorumque grauamine a quorumque illato appellari reclamari et in integrum restitui peti. et sic sunt expendiciuntur sint illata. Et non causis limitatis habent constitutionem, quod est nullo modo potest appellari. quod nota infra li. 7 in reformationibus c. primo quod incipit Egidius etc. et c. ad fo. 226. R. 188

... ubi patet quod nunquam potest in sententias appellari, sed ... grauamine potest per diffinitiuam reparari.

Quod appelletur ad rectorem prouincie uel eius iudicem generalem, non autem ad sedem apostolicam obmisso medio. Et idem de legato patet, quod ad eum non appelletur obmisso medio, ut infra c. li. 7o in illa constitutione que incipit Urbanus episcopus etc. ad fo. 232

.1. Nota hanc constitutionem et maxime in fine quod ad rectorem et eius iudicem generalem appellationum potest ab inferioribus appellari obmisso medio.

.2.

iuris reclamum / aut alias per iustitiam retardari / auctoritate predicta apostolica super hoc nobis specialiter attributa. Statuimus et ordinamus quod quando a potestatibus capitaneis rectoribus vel officialibus terrarum provincie marchie / vel auditoribus presidatum / seu etiam auditoribus maioris curie terrarum civilium et criminalium / ab aliquibus episcopis seu prelatis / seu arbitris arbitratoribus vel amicabilibus compositoribus / ab interlocutoria vel diffinitiva sententia / seu a quocumque gravamine iudiciali vel extraiudiciali / fuerit appellandum / ad iudicem appellationis curie maioris / vel ad rectorem provincie immediate debeat appellari / Nec appellatio ad sedem apostolicam omisso predicto medio interposita / aliquem iuris sortiatur effectum / Et iudex a quo / obmisso medio extitit appellatum / procedere possit / ac si nulla ab ipso interposita appellatio extitisset. Declarantes ulterius quod rectorem incidit pena missus fuerit appellatum / predictus iudex appellationum qui in officio sibi commisso / iudex rectoris generalis reputatur / ab ipso aliqua commissione sibi a dicto rectore facienda / possit et debeat de causis appellationum huiusmodi cognoscere / et fine debito terminare / nisi dictus appellationum iudex / causis vel alteri earum cet suspectus / dictus rector cum ceteris aliis de causa ipsa pertinentia committeret voluntatis. Hoc salvo quod ubi ab episcopis vel aliis prelatis fuerit appellatum / non iudex predictus appellationum curie generalis rector provincie vel alius cui commiserit / cum appellationis iudice debeat et fine debito terminare.

Quod appellatio interponi possit coram iudice ad quem appellatur. Rubrica. 163

(a 3) Statuimus quod omnis appellatio devolvenda ad rectorem provincie vel suos iudices ordinarios vel delegatos possit interponi coram iudice ad quem vel coram iudice seu arbitro vel alio a quo appellaretur prout maluerit appellans et coram quocumque eorum interposita fuerit valeat et teneat ac si interposita esset coram iudice arbitro vel persona a qua appellatur. Et quod ad rectorem a suo iudice appellationum predictorum casus commissarius / possit libere appellari.

De petitione et exhibitione apostolorum. Rubrica. 164

(a 4) Statuimus et ordinamus quod in appellationibus ad rectorem vel suos iudices ordinarios vel delegatos devolvendis / sufficiat appellanti apostolos petere pluries et uno contextu / vel saltem semel coram iudice coram quo interponit appellationem. Et si petantur a iudice a quo appellatur vel suo in officio successore / ille a quo petuntur teneatur [illegible] —

Supradicta de interlocutoria vel alio gravamine intelligere / si non potest per diffinitivam reparari alias secus ut dixi supra in constitutione precedenti contra constitutionem in libro 2º folio 228. petitionem et sic intelligas in aliis constitutionibus in quibus de interlocutoriis et gravaminibus loquitur.

Si fuit ad rectorem provincie appellatum / potest etiam iudex generalis iudex de illa cognoscere absque nova commissione / nisi appellatum fuit a sententia episcoporum vel aliorum prelatorum ut hic textus. et tunc ipse rector vel specialis commissarius iudex cognoscet.

Et contra appellatio vel reclamatio et quod coram iudice a quo vel arbitro non fuit interposita sed tantum coram iudice ad quem vide in rubrica 178. limitate.

A sententia iudicis generalis appellationum ipsius rectoris potest ad ipsum rectorem appellari et a suis commissariis facit l. vi. in fine ff. quis et a quo.

Nota quod qui appellat viva voce non est necessaria petitio apostolorum ut in precedenti constitutione.

Nota appellationes a sententia arbitrorum etc.

et sic obmisso medio in fi[illegible] quod dicitur. ut in proxima constitutione in [illegible]

Nota quod ista constitutio locum habet in appellationibus fiendis ad rectorem vel ad suos iudices alias contrarium iuris commune. Et nota quod potest appellari ad dominum rectorem et suos iudices viva voce et sine apostolorum petitione ut in proxima constitutione.

212v

nenti dare apostolos seu responsum appellantis sive aliqua dilatione vel termino. Et si aliquem terminum statuerit ad recipiendum apostolos, appellans toparere minime teneatur nec propterea sibi in aliquo preiudicium generetur. Et predicta facta secundum formam presentis constitutionis valeant et plenam firmitatem habeant ac si omnes sollemnitates iuris fuissent plenissime observate.

Semper est de mente nostra in dicta constitutione de appellatione.

De appellatione viva voce quando valeant. Rubrica. f. 165

Rursus cupientes potestatum capitaneorum et officialium refrenare malitias, obviare iniustitiam, gravatis consulere, volumus quod si quis ab aliquo potestate vel capitaneo aut officialibus vel a quibuscumque civitatum vel universitatum baronum vel eorum officialibus vel a quibuscumque aliis iudicibus officialibus vel commissariis ad rectorem vel eius iudices ordinarios vel delegatos contigerit appellari, sive a quibuscumque gravaminibus iudicialibus vel extraiudicialibus sive interlocutoriis vel diffinitivis aut preceptis, valeat appellatio viva voce facta, et solo verbo et sine aliqua scriptura, et apud acta vel coram testibus. Nec requiratur quod continuatio fiat aliqua petitio apostolorum, sed valeat et teneat talis appellatio ac si fuisset porrecta in scriptis, et causam legitimam omnes gravaminum et nullitatum continet inserta, ac si apostoli fuissent legitime petiti, presertim cum interdum et frequenter locus et tempus non patiantur plenius deliberandi consilium, et maxime propter fraudem et terrorem officialium opprimentium appellantes.

Valet appellatio ad rectorem, et pro apostolis non est opus, et sufficit viva voce et viva voce facta, et sine apostolis quod non petitis et etiam sine scriptis et sine protestatione, que omnia sunt notanda.

Vel de nullitate dicitur ut sunt supra c. ibi et nullitatum etc.

Item non potest placari et probari (?) testes.

Forma qualiter appellationes in causis appellationum tam ante sententiam quam post. Rubrica. 6. 166.

Et de ordine iudicii et causarum processibus observandis.

Sancimus hac constitutione in perpetuum valitura, quod quilibet appellans ab aliquo gravamine interlocutoria vel precepto, seu sine tempus vel post, et quocumque alio actu, post quam ante diffinitivam sententiam, in iudicio vel extra, in criminali etiam vel civili, et a quibuscumque potestatibus, officialibus, communitatibus vel aliis iurisdictionem vel notionem habentibus vel pretendentibus, seu iudicibus et officialibus rectoris provincie, tam generalibus quam provincialibus, vel arbitris seu arbitratoribus. Et de nullitate agens vel petens reductionem ad arbitrium boni viri, aut restitutionem in integrum, coram rectore vel iudicibus suis, seu ad eos vel eorum curiam, infra octo dies a die interpositae appellationis vel facte conditionis, aut petite reductionis ad arbitrium boni viri vel restitutionis in integrum computandos, appellationem eorum ipsam prosequi teneatur, faciendo citari partem appellatam, quod in termino citationis debeat

De forma et ordine observando in causis appellationum, nullitatum, restitutionum et reductionum coram rectore et eius iudicibus agitandis, tam in civilibus quam criminalibus, et infra quod tempus debent expediri.

Appellans ad rectorem de aliqua interlocutoria vel restitutionem in integrum petens vel reductionem ad arbitrium boni viri vel de nullitate agens coram rectore prosequi debet infra 8 dies hic numeratos et prosequi. Et etiam infra quod tempus debent expediri a prima diffinitiva sententia infra 40 dies continuos ut in versu predicto.

ꝯparte. Et iudicio termino uel infra terminum ipse appellans seu
etiam agens se debeat presentare. ¶ Quociens uero appellationum
seu prouocationum seu nullitatum aut reductionis ad
arbitrium boni uiri et restitutionis in integrum a di-
ffinitiua sententia / ad rectorem seu suam curiam deuolutis
seu quolibet interlocutis / appellans etiam agens infra .xx.
dies continuos / a die appellationis interposite continue computan-
dos / appellationis et nullitatis causam prosequi tenentur / faci-
endo citari aduersarium suum partem / et sic iudicet citationis
termino uel infra ipsum terminum presentando ¶ In quibus aut appe-
llationibus et causis supradictis / post presentationem absque libello litis
contestatione / iuramento de calumnia / et aliis sollempnitatibus
et ordinibus iudiciorum et solitis / Sed solum facta presenta-
tione / ubi opus est legitimam personam / dominum detur terminus
.x. dierum uel maior uel minor arbitrio iudicis utrique
parti ad iustificandum et impugnandum et probandum /
tam per testes quam per instrumenta / quam et per quecumque alia mo-
dum quod eis competeret dicendum / et habendum probatum ¶ Et
elapso dicto termino / detur terminus ad recipiendum copiam
deductis et probatis / si qua producenda sunt probanda fuerit / et
opponendum et probatum habendum contra utrique parti ¶ Quo ter-
mino elapso / detur terminus utrique parti ad allegandum ¶ Et
demum eo elapso / iudex causam per sententiam quam citius potest de-
beat terminare ¶ Hoc tamen pro expeditione et abbreuiatione
litium uolumus et ordinamus / quod in omnibus causis predictis appel-
lans / uel de nullitate agens / uel petens reductionem ad
arbitrium boni uiri / seu restitutionem in integrum / a dictum
reo comparente uel non comparente / sic se habeat diligenter / quod infra
tempora fatalia inferius designata / causam per sententiam faciat
terminari / uidelicet ¶ Si causa est ciuilis / ab interlocutoria uel alio
grauamine uel actu per quam a diffinitiua sententia infra duos menses
¶ Si est ciuilis et a diffinitiua infra tres menses ¶ Si uero causa
est criminalis / in forma eisdem / si grauamen fuit illatum
uel sententia data in loco ubi rectores curia residet ¶ Sed
si in alio loco / causam infra duos menses debeat expedire ¶ Que
tempora fatalia incipiant a die appellationis uel querele /
nullitatis / seu petitionis reductionis ad arbitrium
boni uiri / uel petitionis restitutionis in integrum ¶ Et
dictis temporibus fatalibus elapsis / causa intelligatur ordo et

¶ A sententia diffinitiua de appellatione uel restitutione petita seu reductione petenti et de nullitate agenti coram rectore uel eius iudicibus infra .xx. dies continuos se presentare et causam prosequi. ut hic et in ypo.

¶ Nota quod in causis appellationum et aliis supradictis agitandis coram rectore uel eius curia / non requiritur libellus litis contestatio / iuramentum calumpnie et alia aliqua sollempnitas iuris. Sed tantum facta presentatione legitima persone et datur terminus ad probandum et probatum habendum arbitrio iudicis quam dicta nota.

¶ Infra quod tempus debeant appellationes uel nullitates uel reductiones aut restitutiones a sententia diffinitiua uel interlocutoria coram rectore uel eius curia terminari et quomodo in criminalibus et non in ciuilibus et quando tempus incipiat. uide hic ¶ Que tempora et ibi ... appellationis ... interlocutoria / lata per iudicem aliquem rectorem presentis ... et in ypo ... statuto .7. quod est .8. dierum ...

Nota libri probatum habendum

¶ Instantia ... et in .1.h.7. ... ubi ... et ... et ...

¶ Nota quod appellans uel de nullitate dicens uel reclamans ... restitutionem petens coram rectore et eius curia / debet facere suam expedire infra dicta tempora ... non expectat.

¶ Quando incipiat tempus dierum instantiarum currere

Sed in eo dicit de ista si citatio non fiat infra ... .xx. dierum ... quod hoc tradit per formam presentis ut ... de forma ... tempora non seruata ... actis ... ad aliquid ... et ibi nota ... in tempora fatalia inferius designata ... fatalia ... incipiat ... Que tempora ... uel dic quod dicta citatio ... fiat infra ... .xx. dierum ... non seruata ... si citatio ... ut requirit statuto et sic ordo ... de forma ... ut in alio ... non expedire ... ut in ypo. hoc tamen requiritur ad finem.

213v

secuta est, sive in alia pronuntiatione. Iudex tamen possit ab initio in postmodum pronuntiare et declarare dictam contra dispensationem sententiam in expensis. Hoc addito ad predicta, quod quilibet appellans causam iniquitatis et nullitatis in appellatione sua deducere et reintentare possit et debeat ac teneatur. Et quod simul et semel agitari debeant iudicium utriusque et per iudicem terminari. Et etiam simul cum appellatione et nullitatis possit intentari et deduci restitutio in integrum, et petitio reductionis ad arbitrium boni viri, ubi quis petit adversus actum a quo appellat, vel restitutionem in integrum vel reductionem ad arbitrium boni viri petit. Et similiter terminetur que per nostras constitutiones in appellationibus ordinata existunt, quantum ad terminos, sive quantum ad terminos sive quo ad medium et ordinem procedendi, in causis nullitatum et reductionum ad arbitrium boni viri et restitutionis in integrum sint et etiam intelligantur similiter constituta. Postquam vero elapsi sint tempora ad nullitatis et omnis reclamationis, provocationis et reductionis ad arbitrium boni viri et restitutionis in integrum, et appellandi aditus sit et esse intelligatur presentis constitutionis auctoritate preclusus. Et per hanc constitutionem, quoad premissa, seu tempus dicendi nullum vel petitionem restitutionem in integrum, vel reductionem ad arbitrium boni viri, nolumus preiudicium generari, nec aliquid innovari.

De appellationibus ab interlocutoriis interponendis, iudicibus generalibus per nuncios celeriter expediendis. 167

Quia per appellationum diffugia, que ab interlocutoriis interponuntur, frequenter actores vel suis iudiciis contingat causas nimium prolongari, et effectum iustitie impediri. Et cum in curiis vestris reorum et actorum habeat copia peritorum, et facilitas consulendorum actorum, et habilitas locorum ad quos appellatur, et per hoc possint cause ipse celerius cum iustitia expediri: statuimus quod quelibet appellatio interposita vel interponenda a quacumque interlocutoria lata vel ferenda ante sententiam diffinitivam vel post, per quemcumque iudicem vel officialem ordinarium vel delegatum rectores pronuntie, possit et debeat cognosci et terminari in octo

Cor. in 7o. li. 195.

Vide infra … li. 7o. … petitur … fo. 228.

… ab interlocutoriis … li. 7o. … 190. … fo. 226. …

dies interminos/ a die prime constitutionis/ in appellationibus
interpositis/ Et a die interpositionis appellationis in
appellationibus interponendis/ Et quibusvis diebus
et quarteriis feriatis/ dicte cause possint cognosci et
terminari/ Et tales appellationes interponende/
possint interponi die late interlocutorie vel sequenti
et non post/ Et si appellatio a dicta interlocutoria non
fuerit interposita in dicto tempore super ad id ordinatum
vel si fuerit infra idem tempus interposita/ et non fuerit infra
dictos octo dies terminata/ habeatur pro ut ac si non fuisset
appellatum/ et pro ut procedatur per iudicem a quo/ et pro parte
appellatam/ Et appellans cogatur reficere parti appel
late expensas antequam audiatur in causa/ in qua appellavit
ad quemlibet actum/ Et nichilominus pars appellata possit in
causa illa principali procedere/ ad omnes actus sibi opportunos
et expedientes/ Et ab interlocutoria aliqua de predictis non
possit appellari/ nisi semel tantum/ Et ab aliquo actu
qui fieret in causa talis appellationis non possit appellari/
Tamen interlocutorie omnes predicte late ante diffinitivam sententiam
post quam late super legitimatione personarum/ processus vel aliis in iudicio
instrumentorum/ possit in causa appellationis/ ad diffiniti
vam sententiam ~~interposite~~ corrigi/ non obstante quod ab eis non esset ap
pellatum/ vel esset semel appellatum/ Et quod omnis appella
tio que interponetur contra formam predictam presumatur et fingatur
frivola et frustratoria/ et causa morande lites interposita/
et ex nullatenus deferatur/ et causa non obstante procedatur
in causa/ ac si interposita non fuisset/ Salvo et excepto
quod predicta locum non habeant in interlocutoriis habentibus vim
diffinitive/ et latis ubi non est lata nec expectatur
ferri alia diffinitiva sententia/ in qua possint emen
dari/ Nec locum habeant in sententiis que ferrentur per iu
dicem rectoris super appellationibus deputatum/ per
quas diffinirentur cause appellationum ad eum inter
positarum/ ab aliis sententiis vel gravaminibus predictis in
generali curia indicta/ Quod restitutio in inte-
grum peti possit directa via etiam obmi-
ssis administratoribus et causa agentibus R[ubrica]. 168

[Left margin:] Causa appellationis interposita ab interlocutoria sententia lata per quemcumque iudicem vel officiales rectoris provincie/ possit agitari diebus et feriatis quibusvis

[Right margin:] Ab interlocutoria iudicis rectoris provincie debet appellari die late sententie vel sequenti non post.

[Right margin:] Pena appellantis ab interlocutoria et non facientis expediri infra dies octo

[Left margin:] Ab interlocutoria non appellatur nisi semel tantum. Et a sententia lata super dicta interlocutoria vel alio actu super principali processu non appellatur.

[Right margin:] Nota quod causa interlocutorie corrigi possunt super appellatione diffinitiva et si illa semel fuit iudicatum

[Left margin:] Limitationes predictorum.

Quod minores decem et octo annorum possint restitui si agere voluerint contra administratores suos.

Hac constitutione decernimus quod minores decem et octo annorum utri-
usque sexus ledantur in iudicio sive extra iudicium electionem
habeant an velint petere restitutionem in integrum vel
agere contra tutorem seu curatorem actorem vel sindicum quorum
culpa vel negligentia contigerit eos ledi. Et petita resti-
tutione in integrum procedat super ea non obstantibus quod contra ad-
ministratores eorum processum non sit penitus actum aut
facta discussio contra eos. De appellationis remedio non
possit renuntiari. Rubrica. 169

Nos hoc ut obviemus malitiis rectorum potestatum capitaneorum
et officialium ... qui per ipsos potestates capitaneos et officiales seu
rectores consueverunt ad diminutionem offi-
cii appellationum. Intentium. Statuimus nullo modo per aliquem officialem
communitatem aut universitatem statutum vel ordinamentum fieri
non firmum fuerit quod prohibeat vel tollat aliqua appellatio.
nec in iudicio vel extra iudicium tacite vel expresse. Nec per aliquam
personam vel personas seu hu-
manam directam vel indirectam per se personam vel personas causas ha-
bentes vel habituras coram eis vel aliquo eorum vel alia quacumque per-
sonam possit vel debeat renuntiari vel remitti beneficium appe-
llationis vel super eo premium fieri dando appellando an sententiam gra-
vamen vel comminationem illorum comminantium seu etiam post
gravamen comminationem interlocutoriam seu sententiam diffinitiva
vel aliquo modo vel in genere et cum voluerint sacramenti interpo-
sitionem aliquo alio gravamine vel actu iudi-
ciali in criminalibus vel aliquo alio gravamine vel actu iudi-
ciali vel extra iudicialiter. Et si qua renuntiatio premium seu remissio
vel iuramentum de facto fuerit ipso iure nullius sit mo-
menti. Et idem dicimus in reductione ad arbitrium boni
viri et in restitutione in integrum et querela nullitatis per
renuntiationem tacitam vel expressam vel pactum remitti non
possit. Excipimus a predictis quod si principalis persona appe-
llans vel de nullitate agens vel petens reductionem ad
arbitrium boni viri per se et non per procuratorem vel aliam in-
terpositam personam personaliter compareat coram rectore vel coram
iudice suo coram quo talis causa penderet et renuntiet ex-
presse causa talis quod legitima iudicis vel rectoris videatur tunc
possit admitti talis renuntiatio et valeat si approbetur ex-
presse per rectorem vel per iudicem supradictum. Et salvo quod per
hanc constitutionem non preiudicetur aliis nostris constitutionibus de
questionibus loquentibus quas volumus in suo robore perdurare. Et
salvo quod in appellationibus a rectore vel suis iudicibus interpo-
sitis renuntiatio valeat secundum iura communia. Et potestas sive

Quod statutum remittens vel tollens appellationem non valeat et non
quidem valere quod hic prohibetur ne fiat et si fiat non sunt nec tamen
ipso iure nullatur et sic facit contra ... renuntiatione et pro ut hic in ...
sententiam quod non valeat ... capitulo principali ibi etc. ... hic dic quod etc.

Quod appellationi renuntiari non possit et per pactum de non ap-
pellando et cum iuramento ante ipsam sententiam seu post in iudicio vel extra in
civilibus vel criminalibus. Et idem in reductione ad arbitrium
boni viri et restitutione in integrum et querela nullitatis.

Exceptio prima.

Exceptio secunda.

Exceptio tertia.

Nota quod dicit et de actu extraiudiciali et sic et in comminatione.

Appellationi Nullitati Restitutioni Reductioni	non potest renuntiari et cum iuramento per se pro ...

Nota quod renuntiatio debet fieri expresse coram appellanda per rectorem non vel per omnes iudices.

De pena facientis remissionem appel-
lationi et notarii qui illud scripsit

officialis qui dictam renuntiationem / remissionem / seu appel-
-lationem fieri fecerit / seu [illegible] super hoc receperit / Et
notarius
qui ipsam remissionem seu pactum scripserit / ducen-
-torum florenorum auri pro quolibet / pene se noverit subiacere.

acta x

**Quod exibeant in iudicio qui appellant in causis
criminalibus / Et quo procedatur qui non exibent. Rubrica x. 170**

Quia nimirum testante iure / fraus et dolus nemini debent pa-
-trocinium impertiri / Sed ipsis potius in quantum est po-
-ssibile obviandum / et maxime cum appellantes in crimi-
-nalibus causis / ante sententiam vel post / propter defectum actorum
et processuum / quorum copia procurantibus et faventibus iudi-
-cium earum propalam haberi non possit / tamquam eorum proce-
-ssibus et probationibus denudatis / negant eorum causas prosequi /
-rem modo et tempore debito facere terminare / Statuimus atque
ordinamus / quod quilibet appellans in criminali causa dumtaxat /
ante sententiam vel post / et a quocumque gravamine vel processu /
vel sententia in criminali causa factis seu pronuntiationi factam in
dictis iudicibus / vel officialibus / personis seu universitatibus quibus-
-cumque a quibus ad rectorem vel suam curiam erit appellatum / et
et que ad eius instantiam seu petitionem factus fuisset
processus / vel illatum gravamen / vel lata sententia a quo vel qua
fuerit appellatum / si quam processus huiusmodi receperit / processus
sententias et precepta et processus quoslibet / in forma publica pro-
-ducendi vel maiorem terminum / arbitrio iudicis statuendum /
teneatur et debeant exibere et producere coram ipso / coram quo
causam appellationis huiusmodi contigerit ventillari / Quoque
dicto termino adveniente / si processus eorum copia nisi mandato [illegible]
malefactano fuerit per rectorem appellatam / vel iudicem pro-
-vincia palam seu rectorem civitatis / vel universitatis / qui de
hoc fuerit requisiti / citato citari debeat et requiri / per
ipso termino per rectorem vel suos iudices vel officiales / tempo-
-re et per literas presignando / non tamen minorem x. dierum / petiti-
-orum actorum sententiarum preceptorum et processuum quorum unque
premissa faciat exiberi / Que si facta fuerit in appella-
-tionis causa / ut supra dictum est promictitur procedatur / Alioquin ipsis re-
-quisitis ut predicitur / in non exibendo pro contumacibus et in-
-obedientibus et resistentibus habeantur / propter inobedientiam et contuma-
-ciam atque dolum perpetrantes et remictentes / per rectorem et suos iu-
-dices et officiales quoscumque / tam generales quam provinciales / elap-
-sis dictis duobus terminis / absque aliqua alia citatione vel

Quod iudex a quo / et pars appellata
debeat in causa criminali / exibere acta
et sententias coram iudice ad quem
requisiti in termino hic posito
alias sententia annullatur [illegible]
Et quomodo debet portare dicta acta ad
iudicem ad quem et cum expensis
[illegible] hic [illegible] Et [illegible]
[illegible] Et in quibus causis criminalibus
hic procedatur [illegible] Et
pena [illegible]

Con. h. 6.

requisitionem / vel ad aliquem alium actum vel ad summam iudi-
cialem / quod ad hoc possit et debeat / ad pronunciandum bene
legitime appellatum / et acta et summas processus et precepta
esse nulla / cassa et irrita / et nullius esse valoris. ¶ Et quod
tales iudices / et officiales / seu rectores communitatis / univer-
sitatis / seu persone quascumque / a quibus extitit appellatum /
per eorum et suum processum / ac si de appellationis causa liqueret /
¶ Et si quo tempore summa acta precepta vel processus aliquis
dictum appellantem / et causas predictas / in posterum appareret /
ex ipsis vel ipsorum occasione / appellans inquietari non
possit / vel aliquatenus molestari. ¶ Et nihilominus dicti pre-
dictos officiales / qui de-
tenti in obedientia / contemptu / fraude / predictos officiales / qui de-
bebant acta exhibere inobedientes et contemptores / si quidem
[illegible] super quo appellabatur erat pena pecuniaria / in-
tendum ~~moxe~~ / si personalis in ducentis florenis auri cam-
[illegible] condemnet. ¶ Et commissarius communis illius communi-
tatis / teneatur ad requisitionem dictorum officialium / et pensis
illius communitatis / dare nuptium / pro portando dicta acta ad
curiam appellationum. ¶ Et si quod eum steterit / quominus ut
predicatur dederit / tunc commissarius de suo proprio et non predictis
predictis / alii officiales / dictam penam in quolibet dictorum casuum sol-
vere teneantur. ¶ Volumus tamen et ordinamus / quod si in causa uni-
us appellationis / vel secunde coram rectore vel suis iudicibus
ordinariis vel delegatis / producta fuerint acta integra /
dictum processum quo tunc erat appellata / et tegerent in tali causa
fieri appellatio / non possit compelli nec teneatur talis ef-
fecta de nova appellata / qui prius fuerit appellans /
nec iudex a quo nunc appellatur / producere acta iam produc-
ta / seu anteriores iudices / sed solum acta facta coram iu-
dice / per iudicem a quo ultimo extitit appellatum. ¶ Et
predicta locum non habeant in appellationibus que interponuntur
a summis vel gravaminibus iudicis ~~appellat~~ maleficiorum curie
generalis provincie / vel cuiuscumque iudicis dicte curie generalis in
causa quacumque criminali / et qua pena possit applicari
camere romane ecclesie / quantum ad presentationem cause / sed in
causa talium appellationum / missis primis literis / quod dirigunt
et advocatum seu procuratorem fisci / infra terminum causa
vel post / super appellans tegerat non tenetur actorum seu quecumque

¶ De pena iudicis a quo et partis appellate / non remittentium acta ad dictum iudicem ad quem in causa criminali. Et de pena commissarii etc.

¶ Exceptio. Videlicet quod predicta non habeant locum in causa criminali agitata in curia generali cuius pena applicatur camere apostolice.

i. et videlicet si interponatur a summa iudicum ut predictum et [illegible] fi. videlicet et illud etc.

et notariis maleficiorum curie generalis, vel iudicum maleficiorum
vel cuius locum tenentem, quod det sibi copiam omnium
actorum et sententie, in publicam formam. Et pro eis offe-
rat competentem mercedem secundum formam constitutionum.
Et facta tali requisitione et oblatione, mictant
secunde sive [illegible], et per eorum terminum vel post, pro appellans itterum
requirat et offerat ut supra. Omnibus fortis iudex qui de appellatione
cognoscit, videns huiusmodi contumaciam negligentiam vel defec-
tum in non exibendo copiam actorum sententie seu quarumcumque exceptionum,
possit teneat et debeat pronuntiare, quod ipsi parti appellanti non
currat terminus nec tempus aliquod vel fatale, in causa sue appella-
tionis quousque copia integra omnium actorum et sententie fuerit sibi
per iudicem maleficiorum vel alium iudicem curie, vel notarios actorum,
vel alium ex notariis maleficiorum tradita cum effectu, vel per ipsum
vel alium quemcumque, qui sibi facultatem habuerit exibendi. Vo-
lumus tamen et declaramus, quod in casu quo pars constitutionis de preli-
tatione curie, non procurat appellanti, nec ex eo capitulo optinent,
quod forsitam non producuntur aliquis actus vel scriptura, que non facerit
ad causam, vel per quem vel quam sua appellatio non iustificaret vel
non relevaretur appellans. Et quod si dicerunt per appellantem, actum
vel scripturam non esse productam, et de illo actu seu scriptura
fuisset rogatus alius notarius quam notarius actorum, non possit appel-
lanti, nisi in terminis premissis et sic ex posse fiat mencio de illis actis
et de nomine notarii rogati. Et quod per verbum curie super vel infra
vel hiis similia, acta non intelligantur diminuta. Et quod illud
quod dictum est in constitutione, in causis maleficiorum curie generalis non preli-
tandis, locum habeat et in causis criminalibus curie ac libris pre-
sidatus, in pena applicanda fisco. De modo procedendi
super secundis appellationibus que interponuntur ad
rectorem provincie et suos officiales. Rubrica. 171

Q[a xi] Quotienscumque audientibus curie generalis ad rectorem, iuxta
consuetudines et constitutiones provincie formam, secundo super
eodem capitulo articulo vel eadem sententia fuerit appellatum,
et per rectorem ipsum, sive per aliquem commissarium sive delegatum
suum, de predictis secundis appellationibus, ante sententiam diffinitivam
vel post, inter partes, audientibus predictis cognosci contingit. Statui-
mus quod predicte secunde cause, questiones et lites appellationum
summarie absque libelli oblatione, litis contestatione, sine strepitu
et figura iudicii, ex actis prioribus dumtaxat ad summendo

Nota in hiis appellationibus factis ad rectorem provincie, procedatur ex
prioribus actis, sine strepitu et figura iudicii. Quod nota. Et hoc quando causa prime et secunde appellationis agitata fuerit in curia generali et iam coram rectore vel suorum iudicum, vel procedat [illegible] supra rubrica [illegible] et [illegible].

Con h 6

tur eisdem sive questiones litis, in eo statu in quo tunc erant quo commissiones interlocutorie vel sive fierent, audiantur, congrossarent et terminarent, et super ipsis modo predicto interloqui et procedi possit et debeant, sive per rectorem sive per commissarios et delegatos ab eo, unum vel plures, et sententialiter diffiniri. ¶ Et quod predictorum iudicum processus et sive super hoc sic facti et lati valeant et teneant, ac si ordo iudiciarius foret servatus integraliter in eisdem. ¶ Et hoc locum habeat in omnibus et singulis questionibus habitis, sive causis pendentibus et futuris. ¶ Et predicta locum habeant quando prima appellatio fuerit cognita per rectorem vel per suos iudices, sive secunda appellatio interponatur per predictum appellantem, sive per [illegible] ad [illegible]. ¶ Si vero prima appellatio cognita fuerit et terminata in alia curia, tunc presens constitutio non vendicet sibi locum. ¶ Et in predictis secundis appellationibus, in quibus hec constitutio vendicat sibi locum, sit ordo procedendi, ut facta citatione, petitione et legitimatione personarum, ut supra in alia constitutione continetur, detur terminus ad producendum prima acta, et [illegible] in prima causa [illegible] probata et producta. ¶ Quo elapso detur terminus ad accipiendum copiam deductorum, et opponendum et probandum et probatum habendum etc. ¶ Et illo termino elapso, detur terminus ad allegandum. ¶ Et illo elapso causa per sententiam terminetur.

Ordo decise secunde appellationis de quibus hic loquitur constitutio

¶ Quere in constitutione posita [illegible] hoc libro que incipit forma quali etc.

De modo solvendi salarium super appellationibus. R. 172

